

- Estius.** Estius in 4. dist. 24. §. 1. Aegidius de sacrament. disp. 20. de ordine, dub. 1. **Ægid.**
- Scribon.** Scribon. in theosim, siue de sacram. **Philluci.** disp. 7. de ordine q. 4. Vincent. Phillipiuc. Moral. quæst. tract. 9. de sacram. **Ochogau.** ord. cap. 1. q. 6. & 7. Ochoga. in tract. **Baron.** vnico de ordine q. 5. nu. 1. Card. Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44. **Pe. Greg** Petr. Greg. syntagm. iuris vniuersi p. 2. libr. 16. cap. 1. cum sequentibus, **Germon.** Anastas. Germ. de sacrorum immunit. cap. 4. & cap. 3. à n. 31. vsque ad n. 66. nouissimè D. Michael Sarag. Episcopus Theauensis de sacerdotalis dignitatis excellentia cap. 2. & 3. cum sequentibus.

<sup>2</sup> Controuersia ergo solùm remanet circa Episcopatum. In qua quæstione primò inquirendum est, vtrum consecratio Episcopi sit sacramentū à Christo institutum ad conferendā gratiam, an solo iure humano à sacerdotis ordine differat? Secundò, vtrum Episcopatus sit ordo à sacerdotio distinctus, an non? Tertiò, an Episcopatus sit sacramētum imprimens novum characterem à sacerdotio distinctum? Quæ sacramenta longè diuersa sunt, vt ex dictis apparebit; quanuis alijs fortasse idem omnino esse videantur. In prima huius quæstionis parte, an sit sacramentum à iure diuino, & à sacerdotis ordinatione differat sciendum est, per antiquam in Ecclesia Dei fuisse hæresim, Episcopum à præsbytero, seu sacerdote nulla differentia discerni; quæ hæresis tribuitur Aerij, vt docet Epiphanius hæres.

- Epiphan.** **August.** 75. August. lib. de hæresib. cap. 53. Et postea hunc errorem secutos fuisse Vualens. & testatur Alphons. de Castro aduersus hæreses, verb. *Episcopus, & nouissimè Balthernard. Aret.* in ex

pūctionibus de Papatu Rōmano cap. A 2. ex punct. 4. qui plures huius erroris sectatores refert, vt etiam videri possunt apud Vasq. tom. 3. in 3. p. disput. 240. cap. 1. per totū. Scribon. in theosim. de ordine disp. 7. q. 4. Hi verò, vt colligitur ex Vuicletfo, suam sententiam testimonio Hieronymi confirmabant in comment. epistol. Pauli ad Tit. in sexto tomo, explicando illud cap. 1. *Huius rei gratia reliquise, &c. vbi ita scribit. Idem est ergo Præsbyter, qui & Episcopus, &c.* Secundò, quia tempore Apostolorum inter Episcopos, & sacerdotes nullum discrimen agnoscebat, quod postea iure humano introductum fuit, vt idē Vuiclefus addit. Et ad hæc reducuntur ferè omnia Hæreticoruī argumenta.

<sup>3</sup> Sed inspecta veritate rei huiusmodi errores facile elidi possunt. Nam attento iure diuino, Episcopatum super sacerdotio fuisse à Christo institutum, manifestè deprehenditur. Primò ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 3. & Trident. Can. ibi: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, que constat ex Episcopis, præsbyteris, & ministris, anathema sit.* Et Can. 7. damnat asserentes, Episcopos non esse præsbyteris superiores. Secundo quidem ex scriptura, nam cum Catholici omnes contra Hæreticos nostri temporis, & alios probent, ordinationem in vniuersum esse sacramentum per visibile, & sensibile signum gratiam conferens ex illo. 1. ad Timoth. 4. ibi: *Noli negligere gratiam, que data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbyteri.* Qui locus de ordinatione Timothei in Episcopum à Patribus intelligitur, vt latè explicat Vasq. d. tom. 3. disp. 235. <sup>1. Timot.</sup> Vasq. <sup>4.</sup> cap.

cap. 3. Manifestè igitur consequitur,  
Episcopi ordinationem sacramētum  
esse, ac proindē de iure diuino supra  
ordinationem præsbyteri, & sacer-  
dotis institutam. Nam si Episcopus  
superior non esset sacerdote, ex diui-  
no iure, sed humano, eius ordinatio  
sacramentum non esset; planè autem  
hunc locum à Patribus intelligi de  
ordinatione Timothei in Episcopū,  
iam suprà probauimus. Tertiò ex  
sanctorum Patrum traditione: nam  
*Anacletus Papa & martyr.* 4. à Bea-  
to Petro epistola tertia, cap. 1. id ita  
manifestè docuit; inquit enim: *Sacer-  
dotum, fratres, ordo bipartitus est;* & *sicut  
Dominus illum constituit à nullo debet  
perturbari.* Postea verò ait, Episcopo-  
rum ordinem sub Apostolis traditum  
fuisse, & institutum; sacerdotum autē  
sub septuaginta duobus discipulis; &  
in fine. *Amplius, quam isti duo ordines  
sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt,*  
*neque Apostoli docuerunt.* Neq; obstat,  
quod cap. 3. diuidat ordinem Episco-  
porum in Primates, & Patriarchas;  
inquit enim: *Episcoporum ordo unus est  
licet sint Primates illi, &c.* Ac si dicat,  
iure diuino unus est ordo Episcopo-  
rum; sicut præmissum, alter sacerdo-  
tum; licet posteà iure Ecclesiastico  
hic ordo Episcoporum in plures di-  
uisus fuerit. Quarto ex ratione eu-  
dentiā aliquā sacramenta ab Epis-  
copo solo ministrari possunt non so-  
lūm vt benē, sed etiam vt verē fiant;  
quæ tamē à sacerdote ministrata ir-  
rita sunt, & inania; quale est sacramē-  
tum Ordinis, & Confirmationis, quæ  
pertinent ad essentiam sacramenti;  
qualia sunt minister, materia, & for-  
ma illius, ita esse iure diuino statuta,  
& definita, vt dispositioni iuris huma-

ni, & Ecclesiastici nullo modo subdi-  
ta sint, vera, & indubitabilis sententia  
est. Sicut enim sacramentum non nisi  
diuina institutione constat; ita etiam  
minister eius eodem iure designatus  
esse debet. Porrò autem duo illa sa-  
cramenta à solis Episcopis ministra-  
ta, vera esse indubitatum est etiam, in  
Ecclesia. Nam pro ministro necessa-  
rio assignatur Episcopus ab Eugenio  
4. in Conc. Florent. in Decreto fidei  
post ultimam sessionem. Et à Tridēt.  
sess. 7. Can. 3. de cōfirm. Deinde, quia  
*Anacletus Papa & martyr.* 4. à Bea-  
to Petro epistola tertia, cap. 1. id ita  
manifestè docuit; inquit enim: *Sacer-  
dotum, fratres, ordo bipartitus est;* & *sicut  
Dominus illum constituit à nullo debet  
perturbari.* Postea verò ait, Episcopo-  
rum ordinem sub Apostolis traditum  
fuisse, & institutum; sacerdotum autē  
sub septuaginta duobus discipulis; &  
in fine. *Amplius, quam isti duo ordines  
sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt,*  
*neque Apostoli docuerunt.* Neq; obstat,  
quod cap. 3. diuidat ordinem Episco-  
porum in Primates, & Patriarchas;  
inquit enim: *Episcoporum ordo unus est  
licet sint Primates illi, &c.* Ac si dicat,  
iure diuino unus est ordo Episcopo-  
rum; sicut præmissum, alter sacerdo-  
tum; licet posteà iure Ecclesiastico  
hic ordo Episcoporum in plures di-  
uisus fuerit. Quarto ex ratione eu-  
dentiā aliquā sacramenta ab Epis-  
copo solo ministrari possunt non so-  
lūm vt benē, sed etiam vt verē fiant;  
quæ tamē à sacerdote ministrata ir-  
rita sunt, & inania; quale est sacramē-  
tum Ordinis, & Confirmationis, quæ  
pertinent ad essentiam sacramenti;  
qualia sunt minister, materia, & for-  
ma illius, ita esse iure diuino statuta,  
& definita, vt dispositioni iuris huma-

Conc. Flo  
rent.  
Trident.

B Episcopi in locum Apostolorum suc-  
cesserunt, tanquam peculiariter insti-  
tuti ad regēdam Ecclesiam Dei Luc.  
16. ibi, *Posuit vos Deus in Ecclesia rege-  
re Ecclesiam Dei.* Ex quibus omnibus  
manifestè conficitur, ordinationem  
Episcoporum à præsbyteris esse iure  
diuino diuersam, & distinctam tan-  
quam superiorem, & eminentiorem,  
vt ex infra dicendis latius apparebit.

C Ad secundum fundamentū ex au-  
toritate D. Hieronymi super epist.  
Pauli ad Timoth. qua etiam Catho-  
lici non pauci affirmarunt, inter Epis-  
copos, & sacerdotes iure tantum hu-  
mano, & non diuino discriminem esse.  
Imprimis enim respondet Marianus  
Victor. schol. 4. in epist. ad Euagr. 85.  
Hieronymum eo loci existimasse, E-  
piscopos in excelsiori gradu colloca-  
tos fuisse iure diuino; ex eo, quod  
dixerit, Episcopum in excelsiori gra-  
du collocatum fuisse. Vasq. enim d. Vasq.  
disp. 40. cap. 2. inquit, Hieronymum  
existimasse, graduin excelsiorem E-

D piscopi non à iure diuino, sed ex hu-  
mana electione, & lege institutū fuisse;  
& ita respondet non recte dixisse  
Hieronymū in Dialogo aduersus Lu-  
ciferianos non ad legis necessitatem,  
sed

D. Hier.  
Victor.

Hieron.

sed ad honorē sacerdotij potius pertinere discrimen inter ordinationem Episcopi, & præsbyteri; quod recte colligitur ex diuersitate muneris ordinis, & iurisdictionis. Fallitur enim Hieronymus in d.epist.85. n.6. dum intendit probare Episcopum, & sacerdotem ex sui institutione nō differre, sed ex electione tantum Ecclesiæ, dum inquitibi, *Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod præbyter nō facit.* Putauit enim ex eo, quod nullum esset discrimen ministeriorum, nullum etiam fore inter eos discrimen. Verum illis satis esse debuerat ad collendum discrimen, iure diuino inter sacerdotem, & Episcopum, quod Episcopus ordinare posset, sacerdos autem non ita; nisi existimaret, ministerium ordinandi ascriptum fuisse Episcopis non iure diuino, sed humano; quod tamen ratione dici potest, cum in hac ordinatione sacramenti sit minister, qui de iure humano nunquam procedi potest, vt iam suprà probauimus.

Hinc non solùm reiicitur Hæretorum opinio, qui existimarent nullam dari differentiam inter Episcopos, & sacerdotes; sed etiam eliditur aliquorum sententia Catholicorum, qui dixerunt, inter Episcopos, & sacerdotes iure tantum humano, & nō diuino discrimen esse, vt latius dicimus in propria disputatione de Episcopis.

Secunda opinio in hac quæstione est, Episcopatum à Christo fuisse institutum; nihilominus neque esse ordinem, neque sacramentum. Hanc sententiam sic explicatam in primis defendit Domin. Sot. in 4. dist. 24. Ioan. à Turrecrem. cap. 1. disp. 21. &

5

Soto.  
Turrecrem.

A

in nostro cap. Cleros. §. Ad quintum. n.

16. vbi cum D. Thom. &amp; alijs asserit,

Episcopatum non esse ordinem, nec

sacramentum; in quem sensum etiam

adduci potest Cou.lib. 1.var. cap. 10.

n. 15. dum inquit, Episcopatum non

esse ordinem distinctum ab alijs, qua-

tenus ordo est sacramentum, &amp; cha-

racterem imprimit; sed quatenus or-

do est officium quoddā, &amp; potestas,

vt in nostra prima quæstione expo-

suimus. Sequuntur Capreol. dist. 25.

q. 1.concl. 2. Thom.de Argent.q.vni-

ca art. 2.ad 5. Sylvest.in Summa ver-

bo Episcopus, q. 1. Carrer. 1.tom. q. 3.

art. 9. quæsito 2. à nu. 18. Estius in 4.

dist. 24. §. 28.

Capreol.

Argent.

Sylvest.

Carrer.

Estius.

B

Probatur primò hæc sententia, quia si Episcopatus esset ordo, profectò esset distinctus à sacerdotio, ac pro-indè diuersum characterē imprimere; hoc autem est falsum, quia alioquin sequeretur fore, vt is, qui consecraret Episcopus antequam esset sacerdos, characterem Episcopalem reciperet; sicut omnes aliæ ordinationes valent, licet illicitæ sint, iuxta titul. *De Clerico* per saltum promoto, quia non dependet vna essentialiter ab alia. Sed hoc negant communiter Doctores cum Glossa 1. in cap. 1. de cleric. per saltum prom. & in cap. Ex literis, de excessib. prælat.

Titul. de

Clerici per

salt. prom

Glossa.

Secundò, quia est communis Do-

ctorum, &amp; Ecclesiæ sententia, septem

tantum esse ordines, si autē Episco-

patus esset ordo, octo ordines con-

stitui deberent, quia septem supra

enumeratis, Episcopatus addēsus es-

set. Ne tamē communi sententiae

aduercimur, satius est asserere, Epis-

copatum ordinem non esse, ac pro-

indè neque sacramentum, nam si or-

do

C

do esset, anē sacramentum esse debet, cum sit à Deo institutus.

Tertiò, quia si Episcopatus esset ordo, & characterem imprimeret, character ille esset superior, & sacerdotalem, ut potè inferiorem includeret; sicut sacerdotalis includit characterem Diaconatus, & Subdiaconatus; ac proindè opus non fuisset charactere sacerdotali, quod est absurdum.

Quartò, Ordines Ecclesiastici solum constituuntur per respectum ad Eucharistiae sacramentum, & per eū distinguuntur. Sed Episcopatus prout à sacerdotio distinguitur nullum habet respectum ad Eucharistiam cōficiendam, neque aliam habet potestatem ad consecrandū distinctam à sacerdotio, sed eandem omnino cum illo capite 1. de summa Trinit. & fid. Cathol. ergo per se non est ordo.

Quintò sacramentum ordinis secundum Ecclesiæ normam in sabbatis quatuor temporum confertur; Episcopatus verò tantum in Dominicis; ergo Episcopatus non est ordo, cum regulam cæterorum non sequatur. Ultimò probatur, quia in consecratione Episcopi nulla appetet materia, & forma sacramenti, siue consideres vñctiones, siue traditionem baculi, siue impositionem mitræ, siue alia omnia. Igitur neque est ordo, neque sacramentum, quia quilibet ordo etiam non sacramētum materiam suam, & formam peculiarem habet.

Tertia verò, & contraria sententia, quatenus inquit, Episcopatum esse verè sacramentum à Christo institutum efficax, & magis probabilis est. Eam tenent nostri iuris professores;

& ex Theologis Antifiod.lib.4.Sum. *Antifiod.*  
A 8.q.1. Durand. in 4.dist.24. quæst.5. *Durand.*  
n.9. Maior in 4.dist.24.q.1. col.2. & *Maior.*  
§.Sequenti. Petr. Sot. lib. de instit.sacerd.lect.4.de sacram.ordin. §. *Ex his*  
*igitur.* Michael de Medina lib.1.de sacrorum hominum continentia, cap.  
3.& 4. Valent. tom.4.disp.9. punct.4. *Bellar.*  
Bellarm. libr.1. de Ord. cap.5. Vasq. *Vasq.*  
tom.3.disp.40.cap.4. Aegidius de sacramento ord. disp.20. dub.6.n.44. *Aegidius*

Probatur primò ex Concil. Trid. sess.23.cap.3. & d. Canon.6. Probatur secundò ex dicta auctoritate D. Pauli 1. ad Corinth.4. Tertiò etiam 4. ex sanctorum Patrū auctoritatibus, & documentis, quibus hæc veritas iam suprà num. 3. manet adeò confirmata, ut illis denuo refutari non oporteat, & ita dilucide appetet ordinis potestate Episcopatum superiorem esse sacerdotio, pluresque actus posse exercere, & sacramenta quædā ministrare, quæ non potest simplex sacerdos; ac potestas hæc per ordinem Episcopalem confertur; ergo necessario dicendum est, quod sit per se sacramentum.

Quare retenta predicta sententia non obstant fundamenta suprà in contrarium allegata; Ad primum enim dicendum est, Episcopatum non esse specie diuersum sacramentum à sacerdotio, sed tantum in individuo ad eum modum, quo Eucharistia in specie panis differt ab Eucharistia in specie vini, & cæteri etiam ordines minores inter se differunt iuxta probabiliorem sententiā, ut notauit Durand. in 4.distinct.24. quæst.6. Vnde quanuis per se considerati sint sacramenta per se Episcopatus, & sacerdotium; tamen vtrumque simul vnum solum

Cap. 1. de  
sum. Tri-  
nit.

10

11

12  
*Conc. Trid.*

*ad Cor.*

13

*Durand.*

toñón

I solum

## Quæstio IIII. proœmialis

Solum sacramentum ordinis comple-  
tum efficiūt, quemadmodum accidit  
in dictis speciebus Eucharistiæ. Nam  
si consideremus Episcopatum, & sa-  
cerdotium habent rationem vnius  
sacramenti ordinis completi; ordina-  
tur enim ad vnum quendam actum  
præstantissimum, nempè ordinatio-  
nem sacerdotum, & insimul conse-  
crandi potestatem retinet; sicut etiā  
vtraque species panis, & vini, quate-  
nus habent completam significatio-  
nem refectionis spiritualis, vnicum  
etiam est sacramentum. Si verò con-  
sideremus utrumque ordinem per se,  
etiam per se, & seorsim quilibet est  
sacramentum prout ordinatur ad suū  
actum, sacerdotium videlicet, quate-  
nus per se ordinatur ad consecran-  
dū, Episcopatus verò, quatenus etiā  
per se destinatur ad ordinandos mi-  
nistros etiam inferiores sacerdote; &  
alia sacramēta administranda; quem-  
admodum quoque quilibet species  
Eucharistiæ per se habent, vt cum  
que illam eandem significationem:  
licet autem in sacerdotio per se con-  
siderato videatur sacramentum com-  
pletè, & secundum totam suam per-  
fectionem consistere, id solum est in-  
tensiùe, quia habet præstantiorem  
effectum, nempè consecrandi, ad  
quem omnes alij ordinantur; ideoq;  
præstantius est sacramentum, non ta-  
men extensiùe, cum desit potestas  
ordinandi ministros pro celebratio-  
ne eiusdem; ac proinde solum cum  
hæc concurrit per Episcopatum, sa-  
cramentum completum reperitur; vt  
etiam elegantè hæc omnia tradit  
Valentia ubi proximè; addit etiam  
Bellarmin. ubi supra Episcopatum  
essentialiter includere sacerdotium,

A ideòque vnum sine alio dari non pos-  
se; secus in alijs ordinibus, qui essen-  
tialiter in alijs non includuntur; ali-  
ter respondet Vasquez existimando  
esse sacramentum; non tamen inji-  
cere nouum, & distinctum chara-  
cterem à sacerdotio; sed contrarium  
sentio, vt statim referam.

Vasq.

B Ad secundum fundamentum op-  
positæ sententiæ desumptum ex nu-  
mero ordinum ad probandum Epis-  
copatum non esse ordinem, dico  
Episcopatum esse ordinem distin-  
ctum à sacerdotio, vt in præcedenti  
numero demonstrauimus, ita vt, si  
consideremus utrumque per se, etiā  
per se quilibet est sacramentum, pro-  
vt terminatur ad suum munus. Li-  
cet autem in sacerdotio per se sumpto-  
, & considerato videatur sacra-  
mentum complètè, & secundum to-  
tam suam perfectionem, secun-  
dum quam ex communi usu loquen-  
ti septem tantum ordines in Eccle-  
sia dicuntur; vel quia hi septem  
passim conferri solent hominibus,  
vt in Episcopatus ordine non repe-  
ritur.

14

C Tertium fundamentum reiicitur,  
si dicamus potestatem Episcopalem,  
si secundum se prout distincta à sa-  
cerdotali comparetur cum illa non  
esse præstantiorem, hoc est, ad præ-  
stantiorem effectum non referri.  
Nulla enim potestas præstantiorem  
effectum habere potest consecratio-  
ne, circa quam est prior potestas  
sacerdotalis. Sed quia Episcopus si-  
mul cum potestate Episcopali habet  
etiam utramque sacerdotalem, me-  
ritò quidem per Episcopalem dici-  
tur in eminentiori gradu supra sa-  
cerdotes constitutos, tanquam emi-  
nentior

15

# De Ecclesiastica Hierarchy.

99

nentior sacerdos, ut probat text. in

C. Cū sit. capite *Cum sit*, de ætate, & qualitat.

C. Præci- & in capite *Præcipimus*. 11. quæst. 1.

pimus. & in capite *Si habes*. 24. quæstione 3.

Cap. Siba qui non tantum potest quicquid alij  
bes.

sacerdotes possunt; sed etiam ordi-  
nare alios sacerdotes ad idem mini-  
sterium, & de illis omnibus per cla-  
ues soluendi, & ligandi iudicare. Ex  
eo verò quod ordinatio Episcopi  
charakterem imprimet perfectio-  
rem, minimè sequeretur id, quod So-  
to in hoc tertio fundamento con-  
tendit; nimirum fore vt in se inclu-  
deret characterem sacerdotalem; ac  
proindè sacerdotalis distinctus ab  
Episcopali superuacaneus esset. Nam  
neque character sacerdotalis in se  
includit characteres Diaconi, & Sub-  
diaconi; sicut falso contendit idem  
Sotus in eadem ratione, cū tamen sit  
superior, & præstantior; sed eos tan-  
quam præuios iure requirit; neque  
ob id superuacanci sunt, vt respon-  
det Valentia, & Vasquez vbi su-  
prå.

Ad quartum fundatum dicit  
Vasq. Doctores oppositæ sententiæ  
absque ullo fundamento definisse or-  
dinem sacramentum, vt per respe-  
ctum tantum ministerij ad consecra-  
tionem Ecclesiæ constitui debeat.  
Sufficit enim per respectum ad con-  
secrandos, & ordinandos sacerdo-  
tes ministros Eucharistia, possit or-  
do constituit, qualis est Episcopatus.  
Vnde dico Episcopatum per se im-  
portare peculiarem aliquem respe-  
ctum ad Eucharistiam, v. g. illam D  
potestatem creandi ministros pro il-  
lius celebratione consecrandi alta-  
ria, vasa, vestes, & similia; quæ omnia  
directè ad illam ordinantur. Et quâ-

uis respectus hic non sit præstantior;

A aut maior, quam ille, qui continetur  
in sacerdotio, ncmpe consecrandis;  
hoc tamen non efficit, quod Epis-  
copatus non sit per se sacramentum,  
sed solum, quod non sit præstantius  
sacerdotio; nam alijs respectus, qui  
continetur in Subdiaconatu in or-  
dine ad Eucharistiam non est præ-  
stantior illo, qui continetur in Dia-  
conatu: & tamen ob id non desinet  
esse sacramentum. Ex illo tamen res-  
pectu efficitur, quod dignitas Epis-  
copalis sit maior intensiue, quam sa-  
cerdotalis, quia eam includit, & ali-  
quid aliud. Deinde dico, diuer-  
sam rationem reperiri in Episcopa-  
tu, quam in alijs ordinationibus in-  
ferioribus. Nam Episcopus secun-  
dum legem Dei ordinariam ordi-  
natur, & characterem recipit, vt  
possit etiam creare, & ordinare sa-  
cerdotes. Simplex verò sacerdos,  
aut alij non ita ordinantur, vt pos-  
sint alios creare. Quare Episcopus

B necesse habet, vt sacerdotalem or-  
dinem habeat, alias enim illum con-  
ferre nullo modo poterat argumen-  
to cap. *Gratia*. 1. quæstione prima, C. Daiber  
& cap. *Daibertum*. 1. quæstione sep-  
timæ; & insimul aliquid aliud, quo  
sit superior sacerdote. Alij verò hanc  
necessitatem non habent; cum au-  
tem huiusmodi ordo, & potestas sa-  
cerdotalis non possit eminenter in-  
cludi in alio ordine qui sit intensiue  
præstantior ( nullus enim, vt mo-  
dò diximus talis est ) quemadmo-  
dum aliæ ordinationes inferiores

C includuntur eminenter in superi-  
oribus, quæ sunt præstantiores,  
necessarium, vt talem ordinem re-  
cipiat formaliter, & secundum sc,

*C. Gratia*  
*C. Daiber*  
*Daibertum*

*Cap. 1.* & non aliam potestatem superiorum, iuxta supradicta. Indeque prouenit, quod Episcopatus necessariò superponit iam sacerdotium, neque ex legge Dei ordinaria potest validè Episcopus, qui anteà non sit sacerdos ordinari, ut notatur in capite 1. de clero per saltum prom. Vnde quis concedi possit, quod per potentiam Dei absolutam valcat Episcopus ordinari per saltum, & accipere solum potestatem illam peculiarem, quæ in Episcopali ordine confertur, cum sit per se distincta, nihilominus tamen secundum legem ordinariam id nullo modo fieri posse dicendum est, propter rationem illam, qua Episcopus ideo ordinatur ad hoc, ut alios sacerdotes ordinare possit. Ex quo consequitur, quod ordinatio sacerdotum fit ab Episcopo per Episcopalem, & in simul sacerdotalem potestatem, quia per vtramque simul est superior; alios verò actus, etiā ordinis, per solum characterem Episcopalem exercere valet, ut infrà latius explicabimus; & faciunt quæ notat *Couas* dicto capite decimo in fine.

*17.*

Quintum fundamentum valde fruolum est, nam quod sacerdotium, & Episcopatus diuersis diebus conferantur, non satis est, ut proinde dicamus esse duos ordines omnino diuersos. Voluit autem Ecclesia, ut in Dominica die, quæ dignior est Episcopus ordinaretur; sacerdos autem in sabbato, eo quod Episcopus, in altiori Ecclesiæ gradu esset constitutus.

*18  
Vasq.*

Ad ultimum fundamentum de materia, & forma huius ordinis, inquit *Vasquez*, nihil apud scholasti-

cos præter quam apud Maiorem, & A Armillum innenire potuisse. Et manifestè ex cæremonijs, & verbis, quæ in consecratione Episci adhibentur, deprehenditur materia, & forma huius ordinis sacramenti: & cum Maiori in 4. & cum Armill. verb. *Maior.* *Ordo*, numer. 11. & *Vasq.* dicta disputatione 240. cap. 5. relictis alijs modis assignandi formam huius sacramenti, dico, materiam proximam huius ordinationis esse impositionem manuum; verba autem illa, *Accipe Spiritum Sanctum*, quæ simul à tribus Episcopis dicuntur esse formam. Vnde in proposito parum obest prædictum fundamentum. Et de materia, & forma huius sacramenti in disputatione de Episcopo latius dicemus.

*19*  
Ulterius inquirendum est, an Episcopatus sit sacramentum nouum characterem iniiciens? Et in hac quæstione dico, Episcopatum non esse tantum per se sacramentum, vt fatentur supradicti Theologi à sa-

*C*cerdotio, & alijs distinctum; sed cha-

*Felin.*  
*Nauar.*

racterem separatum iniicere; ita te-

nent communiter nostri Iurisperiti

ex Felino in capite *sicut* tertio de si-

monia, ex Nauarro, & alijs quam-

plurimis. Probatur primò, quia at-

tenta ordinis potestate, Episcopa-

tum superiorem esse sacerdotio ex-

dictis manifestè constat. Nam Epi-

scopus plures actus potest exer-

cere, & sacramenta quædam mini-

strare, quæ non potest simplex sa-

cerdos. Planè potestas hæc per or-

dinem Episcopalem confertur; er-

go necessariò dicendum est, quod

sit per se sacramentum, & charac-

tem distinctum iniiciat.

*Neque*



21

Deinde probo hanc nostram opinionem, quia ad omnia, quæ Episcopus dispensat ex vi ordinis Episcopalis, altiori gratia, & sanctitate indiget, cum sine gratia non dignè ministrantur; ergo fatendum est, tunc conferri, ut comprobant multi, de quibus Henric. libr. 10. cap. 7. §. 2. *Henric.*  
*1. ad Ti-*  
*mot. 4.*

B. *E. constatque ex cæremonijs,*  
*quæ hoc significant Paul. 1. ad Ti-*  
*moth. 4. ibi, Noli negligere gratiam,*  
*que in te est per impositionem manuum*  
*Præsbyteri. i. Episcopatus, &c. Imò fe-*  
*rè omnes auctoritates, quæ probant,*  
*ordinationem sacerdotalem esse sa-*  
*cramentum, de Episcopali etiam in-*  
*telliguntur. Tandemque quia apud*  
*Sanctos, & scripturas ordo Episco-*  
*palis reputatur magis sacer, quam*  
*sacerdotium; ergo signum est, quod*  
*non solùm fit sacramentum, sed quod*  
*nouum iniiciat characterem à*  
*sacerdotio distinctum.*



I 3 PRIMA



20 Neque tollitur hoc fundamentum  
*Soto.* asserendo cum Soto, Durando, Pa-  
*Durand.* ludano, & Vasq. solum ad prædictos  
*Palud.* actus extendi characterem sacerdo-  
*Vasq.* talem, qui anteà ligatus erat, nam  
*C. Quan-* hoc frustra dicitur, cum constet, in  
*uis.* ordine Episcopatus dari aliquam di-  
*Bellar.* stinctam, & peculiarem potestatem à  
*cap. 5. verf. Dicent.* potestate sacerdotij, ut probat text.  
*Bellar.* in cap. *Quanuis.* 68. dicitur. & infrà dice-  
*mus. Quæ* quidem potestas nouum  
*characterem, & proindè sacra-*  
*mum requirit. Neque* etiam tollitur  
*hæc* nostra sententia dicendo, cha-  
*racterem sacerdotij extendi ad hu-*  
*iusmodi sacramentum. Nam* aut præ-  
*dicta extensio fit realiter, & idem est*  
*quod nouus character: Si autem so-*  
*lum in significatione etiam additio*  
*illa significationis realis est, seu po-*  
*tiùs nouus character. Ergo* prædicta  
*extensio nullo modo sustineri po-*  
*test, ut latius conuincit Bellarmin. d.*  
*cap. 5. verf. Dicent.*

C



# PRIMA PARS HVIVS RELECTIONIS

## De Ecclesiastica Hierarchia.

**I**SIDORVS XPLICAVIMVS hisce quatuor proœmia libus quæstionibus præcedentibus sacri nostri principatus, seu Ecclesiasticæ Hierarchiæ originem, seriem, & rationem; quædam veluti in illis iacentes fundamenta, quibus præsentis relectionis structura firmata firmior insurgebet, & elegantior. Nunc ergo, ut eiusdem perfectior euadat cognitio, operæ pretium erit tribus distinctis, & separatis partibus (quibus tota hæc relectionio ad gloriam omnipotentis Dei absoluetur) singulos, quibus idem sacer principatus distinguitur gradus, singulis quoque circa vnumquemq; institutis disputationibus explicare, quamuis illos percurrere magis, quā asserere (ne in immensum crescat volumen) scribendi ratio postulet. Licet autem Isidorus in præsenti, & in cap. *Perlectis. 25.* distin. in explicandis his gradibus, & illorum officijs diuersum seruauerit ordinem, quam præsens desiderat institutum; nos tamen ab ipso Summo incipientes Hierarcha, nempe Romano Pontifice, qui supremum in hoc sacro principatu obtinet gradum, sequentes aliquando dig-

A nitatis, aliquando ordinis ratione seruata, sigillatim explanabimus, ut sic tandem contra impios nostrę fidei, & religionis nouatores appareat, Ecclesiæ Hierarchiam tot ministrorum gradibus mirabiliter distinctam quasi reginam circumdatavarietate à dextris Christi Domini sedere, quemadmodum in eius laudem Psal. 44. Regius Propheta cecinit. *Psal. 44.*

### DISPUTATIO I.

*De Romano Pontifice, seu summo Hierarcha.*

**R**imum igitur, seu supremū gradū in Ecclesiastica Hierarchia, siue ordinis, siue iurisdictionis potestatem, & dignitatem Ecclesiasticā spectemus; obtinet, ut iam suprà tetigimus summus, idemq; Romanus Pontifex; qui ex eo summus Hierarcha recte poterit denominari. Cum enim vniuersalis totius Ecclesiæ principatus à Christo D. in Petro quasi in petra fundatus est Matth. 16. & Ioann. 21. & aliás *Ioan. 21.* inquit Pontifex in cap. *Fundamenta, C. Funda de elect. lib. 6.* non eidem personaliter *Matt. 16.* mensura tantum

tantum fuerit concessus; sed potius ut apud eiusdem successores in Ecclesia usque ad consumationem saeculi permaneret, Matth. 28. Ecce uobis sum usque ad consumationem saeculi, cap. Solita, de maiorit. & obed. Extrauagans Vnam sanctam eo titulo, Vnamjan & in §. sequenti apertius videbimus. etiam.

## §. I.

Vtrum Romanus Pontifex sit Ecclesiastice Hierarchiae caput?

## SUMMARIUM.

- 1 Diuisio praesentis questionis assignatur.
- 2 Sacra Euangeli monimenta Concilia, Pontifices. & Sanctorum Patrum auctoritates, quibus probatur, Petru fuisse a Christo institutum totius Ecclesie principem, ac supremum pastorem gregis sui, referuntur.
- 3 Locus Matth. 16. expenditur, & illustratur.
- 4 Quid in hac promissione, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiā meā, & tibi dabo claves Regni cælorum, &c. continetur?
- 5 Locus Ioannis 21. Pasce oves meas, explicatur.
- 6 Principatus D. Petri 28. prerogatus confirmatur, & ibi expenduntur.
- 7 Regimen D. Petri monarchicum esse ostenditur.
- 8 Obiectiones ponuntur, & ibi solvuntur.
- 9 Vtrum primatus concessus Petro in uniuersos Christi fideles fuerit personalis, & quasi vitalitius, an certè perpetuò in Ecclesia per eiusdem Petri successores duraturus.

A 10 Fundamenta, quibus probatur primatum Petri in Ecclesia esse perpetuò duraturum, annexuntur, & cautionibus hereticorū responderunt.

11 Quo pacto, & iure Pontifex Romanus in Petri primatum succedit, expenditur.

12 An Petri successores in totius Ecclesie uniuersali primatu sint Episcopi Romani.

13 Patres Græci partem affirmatiuam confirmantes referuntur.

B 14 Auctoritates Pontificum quibus eadē veritas stabilitur, recensentur.

15 Nullum alium præter Romanū Episcopum esse verum Petri successorem in supremo Ecclesie primatu, demonstratur.

16 Vtrum Summus Pontifex, & Romanus Episcopatus sint diuino nexu cōiuncti?

17 Quando, & quo casu summus Pontifex potest Romani Episcopi titulum deponere?

C **Q** Vñis præcipuus huius questionis scopus, & intentio sit inuestigare, an Romanus Pontifex sit summus Hierarcha, seu supremum Ecclesiæ caput; quia tamen probari non potest, caput esse Ecclesiæ, nisi per legitimā successionem id acceperit ab aliquo quem Christus Dominus vniuersalē ouium suarum pastorem instituerit. Primò inquirendum est, vtrum S. Petrus fuerit à Christo institutus totius Ecclesiæ princeps, ac supremus pastor gregis sui. Secundò, vtrum ea potestas fuerit quasi personalis, & vitalitia, ac cum ipso Petro expiratura; vel potius perpetuò in eius successoribus duratura? Tertiò, an Petri successores in sede Romana in totius etiam

etiam vniuersali primatu pariter succedant?

Quod ad primum attinet, id expressè docuerunt sacra Euāgeliū monimenta Matth. 16. & Ioann. 21. insinuarunt tamen sēpissimē Matth. 16. Marc. 16. Luc. 22. Ioan. 1. & 13. & 20. Luc. 22. Act. 2. & 3. & ad Galat. 1. Concilia Ioann. 1. definierunt Calcedon. Act. 3. Nycen. 2. Can. 4. & Nycen. 1. Canon. 39. de quibus fit mentio in cap. Concilia. 17. dist. tenuerunt Pontifices in cap. Solitae de maiōr. & obed. & in Extrauag.

Vnam sanctam, eodem tit. inter communes, & in cap. Per venerabilem, qui fil. sint legit. Et semper prædicarunt omnes Patres tam Græci, quam Latini, Clemens Romanus epistol. 1. ad Iacobum. Dionys. Areop. de diuinis nominib. cap. 3. Theoph. Antiochen. lib. 2. Allegor. in Euang. Marci. Hippol. in orat. de consumatione mundi,

Orig. hom. 5. in Exod. & in Psal. 1. & hom. 17. in Lucam, & in cap. 6. ad Roman. man. Euseb. Alexan. serm. de poenit. Euseb. Cæf. Eccles. hist. lib. 2. cap. 13. & 14. Athan. epist. ad Telium Dorothe. Tyrius in synopsi. Basil. ad cap. 2. Ibai. & in procœmio de iudicio Dei in orat. 3. de peccato libr. 2. contra Eunomium, & in procœmio præcept. Cyril. Hierosol. cath. 2. & 11. & 17.

Ephrem Syrus in panoplia; & de varijs tormentis inferni, in sermone de Transfigurat. Domini, Gregor. Naz. orat. 7. & 26. Epiphan. hæref. 51. & in Anchorato, Chrysost. orat. 5. in Iudeos, orat. encomiaistica in Petrum, & Paul. Homil. in Petrum Apost. & Eliam hom. 33. in Matth. & 83. in eūdem 87. in Ioan. 80. ad pop. Antioch. Carpath. 9. de pænit. & in Psal. 50. Philo Carpath. in Cant. Nilus in epist. ad Eu-

seb. & in epist. ad Magnam, Cyrill.

A Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 12. & libr. 4. Alex.

cap. 28. lib. 10. cap. 41. lib. 12. cap. 64.

& lib. 14. Thesauri, cap. 2. Item ex eisdem Græcis Cassian. Maximus Cōstātin. Paul. Emissen. Basil. Diaconus,

Cassian.

Constant.

Emissen.

Basil.

Iſidor.

Palusios.

Sazome.

Theodor.

Basil.

Seleucus.

Victor.

Cæsar.

Procop.

And. (re).

Garc.

Euagrius.

Damasc.

Theophy.

Reumen.

Euthym.

Tertub.

Cyprian.

Hilar.

Ambros.

Hieron.

August.

Paulin.

Max.

Chrysol.

Arnob.

Eucher.

Leo.

Prosper.

Cassiod.

Hiædoph.

festo Petri, & Pauli libr. retract. cap.

Aloſelm.

Beda.

Pe. Dam.

Anſelm.

Rupert.

Bernar.

Lau. Iust.

Bellar.

Soar.

D dephons. Aloſelm. Beda Eulogius, Petr. Damian. Anſelm. Rupert. Bernard. Laurent. Iustin. & alij videri possunt apud eundem Coccium, Belarmin. & Soar. suprà.

Tanto.

3. Tanto auctoritatis pondere veritas ista, quæ de fide est, fulcitur; sed quia ex duobus præsertim scripturæ testimonij euidenter elicetur, ytrumque breuiter expendemus, & illustra-  
**Mat. 16.** bimus. Primum est Matth. 16. cum Christus rogauit discipulos suos; *Quem dicunt homines esse filium hominis, &c.* Et respondenti Petro, *Tu es Christus filius Dei viui, Dominus reddidit, Beatus es Simon Barjona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Et quodcumq[ue] ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis. Quem locum omnes Patres, & Ecclesiæ Doctores intellexere de totius Ecclesiæ principatu à Christo Domino ob egregiâ fidei confessionem Petro promisso. Sed Christi hoc testimonium, quia celebre in hac materia adhuc minutius concidamus. Interrogauerat Dominus vniuersim à discipulis, quenā esset apud homines de illo existimatio? Illis verò longè à veritatis scopo aberrantibus, aut Heliam, aut Ieremiam, aut Ioannem Baptistam, aut similem alium Prophetam Christum esse opinantibus; tandem à discipulis suum hac de re requirit iudicium: *Vos autem, quem me esse dicitis?* Tunc unus Petrus instar omnium, seu tanquam os omnium Apostolorum (vt ait Chrysostomus.) quæstioni pro omnibus satisfacit, *Tu es Christus filius Dei viui: Quibus verbis altissima fidei confessio, & professio continetur.* Confitetur enim Apostolus Christum D. non purum hominem, sed Deum simul, & hominem esse; utramq[ue] enim

naturam in eadem persona subsistente nomen, Christus, & vt secundam personam Trinitatis magis exprimeret, insuper Dei filium illum appellat. Plurimum fecit Christus hanc Petri confessionem; tum quia primam omnium, quam in Euangeliō legimus de hac materia; tum quia publicam, ut potè in communi coetu, & collegio Apostolorum, tum quia de abditissimis mysterijs Trinitatis, & Incarnationis; tum denique, quia ceteris hallucinatibus, solus Petrus scopum attingerat veritatis, & alios suo exemplo ad credendum docuit. Hanc ergo Petri confessionem, vt Christus cognitio præmio afficeret, non solum reddidit ei laudem pro laude, *Beatus es Simon Barjona, &c.* sed insuper amplissima præmij promissione remunerauit; *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, super hanc petram edificabo Ecclesiam meam; & tibi dabo claves Regni cælorū, &c.*  
4  
 Si verò inquiras, quid in hac promissione continetur? Respondeo contineri, & polliceri Petro summum Pontificatum Ecclesiæ Christi, & verbis adeò perspicuis, vt mirum sit inueniri homines Christianos, qui in re adeò manifesta hallucinantur. Ad illorum verò confutationem sola verborum Christi ponderatio sufficit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* vbi Chrysostomus, *Quem admodum, inquit, Pater tibi dedit, ut me cognosceres, sic ego tibi dabo claves regni cælorum.* Et D. Leo serm. 3. assumptione sua ad pontificatum: *Sicut, inquit, meus Pater tibi manifestauit divinitatem meam; ita ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: hoc est, cum ego sim inviolabilis petra,*  
Chrysost.  
D. Leo.  
ego

*ego lapis angularis, ego fundamentum, tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quae mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Super hanc petram. Quid vero nomine petræ hoc loco sit intelligendum, ambigitur. Vera tamen, & communis expositio Patrum est; petram hic significare ipsum Petrum; in quo tanquam in firmissimo saxo, & fundamento, fundauit Ecclesiam, hoc est, ut ab illo sustentaretur, & gubernaretur. Hanc enim emphasis continent verba illa Christi: Tu es Petrus, &c. hoc est, super te, tanquam super petram Ecclesiæ erigam ædificium; ad hunc enim modum Angelus Lucæ I. nominis IESVS, rationem reddidit; vocabis nomen eius IESVS, ipse enim saluum faciet populum suum: & D. Ambros. loquens de Petro: Rectè, inquit, meretur consortium nominis petræ, qui meretur, & operis; Theophylactus, Remunerat, inquit, Dominus Petrum dans illi magnam mercedem; quod supra eum suam ædificabit Ecclesiam. Tandem, ut plures alios omittam Patres, quos latissimè noster Soarius in defensione fidei contra regem Angliæ lib. 3. c. 10. & tract. de fide disput. 10. sect. 1. n. 13. refert, vnum tantum refero Athanasium in epistola ad Felicem Papam; Tu es, inquit, Petrus, & super fundamētum tuum Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi sunt firmatae. Hæc de primo testimonio supremæ potestatis promissionem continens.*

*5. Secundum habetur Ioan. 21. quādo Christus Dominus ascensurus ad Patrem, promissionem suam Petro factā, in prædicto Matthæi loco post trinum amoris erga se examen adimpluit, dicens semel, atque iterum:*

A *Pasce agnos meos: & tertio; Pasce oves meas: verbum enim, pascere, in scriptura sacra, sæpiissimè usurpatum in ea metaphorica significatione, ut idem valeat, quod regere, gubernare, omnianq; pastoris, & rectoris munia obire, ut patet ex prima Petr. 5. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deū.* *1. Petr. 5.*

B *2. Regum. 5. Tu pasces populum meum Israel, & in huius metaphoræ explicationem illicò, subiungitur. Tu eris dux super Israel. Et cap. 7. dicitur, simili quoque modo; Nunquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel: & paulo post in declarationem subiicitur. Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum Israel, quibus apprimè concinnit Psalm. 77. Et elegit David seruum suum, & sustulit eū de gregibus ouium, de postfætantes accepit eum pascere Jacob seruum suum, & Israel hereditatem suam: De Christo etiam Domino dictum est Isaiae 40. *Isaiae. 40.* Sic ut postor gregem suum pascet; locum ita intellexit Cyrillus lib. 11. in Ioan. *Cyrill.**

C *August.* *cap. 64. In singulis, inquit, confessionibus variatis parum verbis, audiuit rationaliū ouium curam sibi esse habendam. Augustin. similiter serm. 62. de verbis Domini exponens illa verba, Pasce oves meas. Curæ pastorū in pascendo oves opponit obedientiam ouium præstādam ipsis pastoribus; Pertineat, inquit, ad nos cura, ad vos obedientia, ad nos vigilantia pastoralis, ad vos humilitas gregis. Ambros. quoque in eandem conspirauit sententiam lib. 10. in Lucam*

D *cap. 24. ad finem. Iam nos agnos, inquit, ut primò, nec ouiculas, ut secundo, sed oves pascere iubetur perfectiores, ut perfectior gubernaret. Et Euthym. ad eundem locum Ioannis idem cœsuit: ele- *Euthym.* gantissi-*

*Bernar.* gantissimè tamen, & luculenter Bernardus id exponit 2.de Considerat. ad Eugenium cap.8. *Non modo ouium, inquit, sed & pastorum, tu unus omnium pastor;* vnde id probem, quæris? ex verbo Domini, cui enim, non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorū, sic absolutè, & indiscretè totæ commissæ sunt oues: *Si me amas Petre pascere oues meas, quas illius, vel illius populos, ciuitatis, aut regionis, aut certi regni: Oues meas, inquit, cui nō planū nō designasse aliquas, sed assignasse omnes?* Nihil excipitur vbi distinguitur nihil. Et fortè præsentes cæteri condiscipuli erant, cum committens vnitatem omnibus commendaret in uno grege, & uno pastore, &c. Idem fuit semper reliquorum Patrum de prædictis verbis iudicium, & sensus, ut videre est apud Doctores citatos, ac in proprijs ipsorum locis, & commentarijs. *Confirmatur eadē veritas ex 28. prærogatiis S. Petro assignatis per sacras literas, & Ecclesiæ Doctores.* Prima, mutatio nominis. Secunda, primus locus inter Apostolos cum ab Euagelistis nominantur. Tertia, ambulatio super aquas. Quarta, prima reuelatio de Trinitate. Quinta, stabilitas dignitatis suæ. Sexta, solutio tributi vna cum Christo. Septima, miracula à Christo edita in Petri pescatione. Octauia, peculiaris Christi oratio pro eius fide. Nona, prima Christi resurgentis apparitio illi facta. Decima, primo loco pedes eius Christus lauat in cœna. Undecima, soli Petro Christus mortem prædixit. Duodecima, proponit electionem Matthiæ in locum Iude. Decimatertia, primus Euangeliū promulgat. Decimaqua-  
ta, primum miraculum in confirma-

tionem fidei patrat. Decima quinta, A tanquam supremus iudex Ananiam, & Saphiram verbo suo morti adiudicat, & addicit. Decima sexta, solicitude eius super omnes fideles. Decima septima, primus euangelizat gétibus. Decima octauia, oratio totius Ecclesiæ pro eo carcerato. Decima nona, primus loquitur, & sententiam dicit in Concilio. Vigesima à sancto Paullo aditur, vt maior. Vigesima prima, solus à Christo baptizatus. Vigesima secunda, solus à Christo Episcopus ordinatus. Vigesima tertia, primum Hæresiarcham detexit, damnavit, extinxit. Vigesima quarta, solus Romæ sedem collocavit. Vigesima quinta, Christus illi apparens dixit, *Venio iterum Romā crucifigi,* ac si in Petro vicario suo ipse foret crucifigendus. Vigesima sexta, quas fundavit Ecclesiæ eas solùm antiquitas habuit primas, & patriarchales. Vigesima septima, festum Cathedræ Petri. Vigesima octauia, in literis formatis, seu canonicis, post Trinitatem Petri nomen iussum est apponi ab antiquis Patribus Cōcilij Chalcedon. Harum omnium prærogatiuarum probationem lege in Bellarm. citato à cap. 17. *Bellar.*

Cæterū quia politici (quo mōstorum generè nostra sacerdotali scaturiunt) ægrè ferunt, quod vnu in toto terrarum orbe, per quem diffusa est Ecclesia dominetur; prædictam veritatem secundo confirmo ostendens regimē Monarchicum optimum esse, ac omnium præstantissimum, proindeque à Christo Domino, qui summa sapientia est, & probè nouit omnia fortiter, ac suauiter disponere in Ecclesia sua reliquiū. Et in hac veritate non solùm Catholicī, sed etiam fidei om-

nino

*Homer.* nino expertes conueniunt. Homerus  
*Heredot.* ergo Iliados 2. Herodotus lib. 3. Eu-  
*Euripid.* ripid. in Andromache act. 2. Isocrates  
*Iocrat.* in Nicoche; Plato in Politicis, De-  
*Plato.* mosthenes Olymp. 2. de Philip. Arist.  
*Demosth.* 8. Ethic. c. 10. in 3. Politico. c. 5. & 12.  
*Aristot.* Metaph. in fine; Sirinus apud Stobēū  
*Sirinus.* ferm. de Monarchia; Seneca lib. 2. de  
*Soneca.* benef. c. 20. Lucan. lib. 1. Plutarch. de  
*Plutarc.* tribus generibus reip. Dionysius Caf-  
*Dionys.* sius lib. 44. Roman. historiæ, Iustinus  
*Iust. mar.* Martyr orat. ad gentes, Euseb. Cæsa-  
*Cæsariēs.* riens. de laudib. Constantini, Athanas.  
*Athanas.*  
*Chrysost.* oratione contra Idola: Chrysost. ho-  
*Theodor.* mil. 34. in 1. ad Cor. Theodore. lib. 3.  
*Euthym.* de Angelis, Euthymius in panoplia  
*Cyprian.* tit. 1. Cypria. lib. 1. de idolorū vanita-  
*Hieron.* tes; Hierony. epist. 4. c. 6. quæ habetur  
 in cap. *In apibus.* 7. q. 1. S. Thom. 1. p.  
*S. Thom.* q. 53. ar. 5. & q. 103. art. 3. plura videri  
 possunt apud Ioannem Bodinū lib. 6.  
*Sander.* c. 4. & Nicolaum Sanderū de visibili  
*Bellar.* Monarchia Eccles. d. lib. 3. c. 3. & Bel-  
*Soar.* larm. & Soarez citatis locis. Naturalis  
 quoq; ratio id ostēdit, quia virtus vni-  
 ta fortius agit: vnde maior est potētia,  
 vbi vnuſ tātūm gubernat. Propterea  
 cōstat monarchias diuturniores sēper  
 fuisse Democratijs, & Aristocratijs,  
 quæ in summis periculis, extremisq;  
 Reip. temporibus, quasi in Monarchiā  
 coalescebant, vt se facilius tuerentur  
 vnuſ principē, ad quem rerū summa  
 spectaret eligentes, quē Romani ap-  
 pellarunt *dīctatorem*. Deinde totius  
 vniuersi regimen est monarchicum,  
 nempē vnius omnipotentis Dei pro-  
 uidentia administratum. Inter Ange-  
 los, præter Deum, semper vnuſ fuit  
 princeps, & caput cæterorum, in Ec-  
 clesia triumphante, quæ ex Angelis,  
 & beatis hominibus constat, vnuſ est  
 Christus Monarcha supremus: in mi-

litante quandiu apud idem Christus  
 A egit. Monarchiam habuit: vnde cum  
 eadem perseveret hodiē Ecclesia, idē  
 in ea regēdi modus perennabit, cum  
 præsertim constet ex sacris literis,  
 etiam in Synagoga vnum in sacris  
 summum Pontificem, & supremum  
 principem fuisse, quæ tamen figura  
 tantūm fuit, & Christiana Ecclesia *Exod. 18.*  
 multò imperfectior, *Exodi. 18.* & *Nu-* *Num. 17.*  
*mer. 17.* & habetur in cap. *Per venera-* C. *Per ve-*  
*bilem*, qui filij sint legitimi. Neque in- *nerabilitē.*  
 conuenientia, quæ aliqui nouato-  
 res solent opponere alicuius momē-  
 ti existimanda sunt. Quia si dicant  
 vnuſ hominem non posse sufficien-  
 ter prouidere toti orbi terrarum, di-  
 cimus per se immediatē non posse  
 sicut nullus Monarcha sacerularis per  
 se administrat omnes imperij sui re-  
 giones; posse tamen per alios imme-  
 diatē, per se vero mediatē, sicut Moy-  
 ses à senioribus, & idoneis ministris  
 adiutus *Exodi. 18.* Silverò replicabūt, *Exod. 18.*  
 blasterantes nunquam fuisse, nequè  
 C nostris temporibus esse vnuſ pro to-  
 to orbe terrarum Monarcham tem-  
 poralem: imprimis mendacij eos cō-  
 uincimus, si de Adami ætate loquan-  
 tur; deinceps facile concedemus id  
 non expedire in dominio temporali,  
 cum sit adeò naturale hominibus va-  
 rio legum, morum, institutorumquè  
 ritu viuere, quæ ab uno, eodemquè  
 Principe difficile possent approba-  
 ri, & difficilis quidem, vt eos secū-  
 dum consuetudines, legesque rege-  
 ret, etiam per Palatinos, Curialesquè  
 D suos ministros comprehendendi; non  
 ita tamen in spirituali regimine, vbi  
 sicut est vnuſ Deus, ita vna fides,  
 vnuſ baptisma; & omnes idein sa-  
 piunt, & dicunt. Hæc nos hac de re  
 obiter

*Bellarum.  
Soar.  
Coccium.*

obiter attigimus; loculentissimè tamē tractatā vide, & propugnatam apud Bellarm. lib. 1. de Pōtifice Romano, Soarium de fide disputatione 9. sect. 6. & lib. 3. contra Anglicanos errores à cap. 10. nec non apud Coccium tomo 1. Thesaur. cathol. lib. 7.

8.

His non obstantibus opponet aliquis, primò, Petrū non fuisse iurisdiētione, dignitate, aut potestate superiorem cæteris Apostolis, sed aetate, & vocatione, ac ordine principē. Respondeo tamē probabile esse ex Epiphanio Andreā fuisse maiorem natu, eundēq; prius vocatū, vt sumitur ex Ioānis 1. concedo quidē ordine Principem fuisse, nō tamē ordine sedēdi, aut numerādi; Christus enim, qui Petrū ordine principē inter reliquos cōstituit huiusmodi præminētias politicas non instituit, sed regimē, & subordinationē inter Ecclesiæ suæ membra in perpetuum fundauit. Secundò verba illa, *Pasce oves meas*, iuxta plurimorū Patrū doctrinā omnibus Apostolis, & Ecclesiæ pastorib⁹ dicta fuisse; & illa, *quodcunq; ligaueris, &c.* alias prolata fuisse à Christo in numer. pluri, ad omnesq; Apostolos directa: ergo indē nō benē colligitur Petri suprema potestas, & prīcipat⁹ Respōdeo PP. qui ita exponūt priora verba solum afferere, quod reliquis cōueniāt, per quandā proportionē; Petroverò, vt exemplari, vniuersalis enim pastor non excludit particulares pastores, 1. Petr. 5. quorū singulis nōnullæ oves cōmendātur, vt in 1. Petri. 5. habemus; *Pascite, qui in vobis est gregē Dei*; Non enim dixit, nisi cum restrictione, *qui in vobis est*, Petro tamen absolutē, & indiscretē, totæ commissæ sunt oves, vt suprà Bernard. aiebat. De potestate ligādi,

*Epiphan.  
Ioan. 1.*

1. Petr. 5

*Bernard.*

A atque soluendi, etiam constat eodem modo datam esse reliquis dependēter à Petro, vt Leo Papa epist. 89. c. 1. & Anselm. in 16. Matth. cum alijs Patribus exponunt. Tertiò verba illa, *super hanc petrā*; nō designare Petrū, sed Christū, vt exposuit Aug. ergo malē indē colligimus fuisse Petrū Ecclesiæ fundamentū, quod est solus Christus Iesus, vt Apostolus dixit 1. ad Cor. 3. 1. ad Cor. Respōdeo August. lib. 1. retract. c. 21. rinth. 3. non aliam afferre rationem suę expositionis, nisi istā: *Non enim dictū est illi: tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus*: vnde totā expositio- nē fundauit indifferentia vocis, quæ tamen nulla est in Hebreā, & Syriaca, & ideò in vtroq; loco est *Cephas*, propterea Augustinū hebraicè nescientē in hoc loco debemus excusare, præsertim, quod ipse subiūgit. *Harū autem duarum sententiarum, quae sit probabilior eligat lector*. Igitur nos optione data à tanto Doctore, eligamus eiusdē quidem sententiam, sed priorem, & meliorem, in qua sapuit cum multis, præcipue cum magistro suo Ambrosio, Ambros. vt ibidem ipse confessus est.

B Secundū quod proposuimus inuegandū est, vtrū iste primatus cōcessus Petro in vniuersos Christi fideles facit personalis, & quasivitalitus, an certè perpetuò in Ecclesia per eiusdē Petri successores duraturus? Ratio tamē quæ probat debuisse à Christo institui in Ecclesia sua primatū, vnuq; visibile caput, probat etiam huiusmodi primatū esse debere perpetuū per legitimos successores primi pastoris, ne in Ecclesia mortuo Petro maneret perpetuò à Cephala, & decapitata, aut mōstruosa, si plura capita recognosceret. Deindē mod⁹ ipse institutio-

Leo Pap.

Anselm.

August.

Ambr. 9

Ch

Leo

tutionis à Christo seruatus ostendit eius intentionem circa perpetuitatē istius primatus vniuersalis, postquam dixit Petro, *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiā meā; illicò subiicit: Et portae inferne praeualebūt aduersus eā.* Pollicitus collatē dignitatis perpetuitatem, nam frigidē connecteret cum fundatione supra Petrum, ipsius Ecclesię in abstracto, vt ita dicam, immobilitatē, nihil enim ad Petrum talis immobilitas attinebat, sed ea, quæ foret coniuncta cum ipso per se, vel per suos successores sustentātē, & regente Ecclesiam. Id quoque insinuat euidenter verba: *Pasce oves meas;* officium enim pastoris est ordinarium, & perpetuum, quādiū manet ouile; præfertim cum Dominus oves suas in discriminatiōnē Petro commēdauit, nulla temporis, aut loci adhibita limitatio[n]e; vnde Chrysostom. homil. 55. in Matthæi in rem nostram, ita verba Domini interpretatur, *Aperte, inquit, hic prædictit magna eorum, qui credituri, & erant, & sunt, multitudinem fore, & sublimiora sapere ipsum facit, & Ecclesiæ pastorem cōstituit.* Hoc ipsum docet in lib. 2. de sacerdotio desertis, imò aureis verbis: *Quanā, inquit, de causa ille sanguinem effudit suum? certe, ut pecudes eas acquireret, quarū curā, tum Petro, tū Petri successoribus cōmittebat.* Non poterat quidē verbis clarioribus huius principatus explicare perpetuitatem: sed elegātissimus Latinorū Leo sermon. 2. de anniuersario assumptione suæ loculētius id expressit: *Manet, inquit, dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit, perseverat videlicet Petrus, & viuit in successoribus suis.*

Chrysost.

Leo.

Verum vniuersalis totius Ecclesię principiat à Christo D. in Petro, quasi in petra fūdat⁹ est Matt. 16. & Ioan. 21. *Matt. 16.*  
 vt aliás inquit Pōtif. in c. *Fundamenta de elect.* in 6. non eidē personaliter *C. Funda-*  
*fuisse tātū cōcessus, sed potius apud menta.*  
 eiusdē successores in Ecclesia vsq; ad consumationem sæculi permaneret, quia, vt ostēdimus, hoc imprimis colligitur ex fine, & natura ipsius principatus, qui non magis erat necessarius Ecclesiæ, viuente Petro, quā mortuo illo. Secūdo ex auctoritate illa Christi *Mat. 28*  
*bis vñq; ad cōsumationē sæculi.* Probatq; tandem Pōtif. in cap. *Solitæ,* de maiorit. *C. Solitæ.*  
 & obed. ad finē, & in Extrauag. *Vnam sanctæ eod. tit.* inter cōmunes. Et facit auctoritas Leuitici, quā explicat tex. in cap. *Per venerabile,* qui filij sint leg. cū multis alijs, de quibus Cano de locis theolog. lib. 6. c. 3. Bellarm. & Soar. citatis locis; & pluribus fundamentis, tum à ratione, tū à iuris auctoritatib. tum ab antiquitate desumptis, idē cō probat Boetius antiq. Eccl. syntag. 7. de Hierarch. Frācisc. Leon in suo thesauro fori ecclesiast. de potesta. Papæ c. 1. Aretin. de præexcellētia, & iurib⁹ Papatus Romani animadu. 1. Giererus in specul. iuris Pōtif. & Cæsarei, de potestate Pōtif. c. 1. Neq; inter alia quæ hæretici huic veritatj obijciunt obstāt; quod si Romanus Pontif. primū ecclesiasticæ Hierarchiæ locū haberet, Petroq; legitimè succederet, vniuersalis Pontif. seu Episcopus rectè posset appellari, quod tamē prohibet Cōc. Africanum in c. *Prima sedes.* 99. dist. ibi. *Vniuersalis autem, nec etiam Romanus* appelletur. Eundemque titulum can. Gregorius primus respuit, & prohibuit appellari in capite ultimo eadē *Gregor. I.* dist.  
 K 2

10

*Matt. 16.**Ioan. 21.**C. Funda-**menta.**Mat. 28**C. Solitæ.**Extrau.**Vnam sanctæ eod. tit.**C. Per ve-**nerab.**Gano.**Bellarm.**Soar.**Boetius.**Leon.**Aretin.**Giarrer.**Cōc. Afri-**can.**Gregor. I.**dist.*

*C. Prima*

dist. Respondeo verba illa dicti capit  
tis *Prima* non esse Cōciliij, à quo tex  
tus fuit desumptus, quia ibi non repe  
riuntur, sed Graciani Compilatoris,  
qui ea apposuit propter duo capita  
sequentia. Vel verius dici potest ideo  
Summum Pontificē vniuersalem pa  
storem dici non posse, quod singulis  
Ecclesijs ut proprius cuiusque rector  
non præsit, in alio autem sensu meri  
tò talein appellari posse, imò, & alijs  
varijs titulis, ut ex multis comprobat

*Bellarmino.* Bellarmin. d.lib.2. c.vltimo, quanuis

*D. Greg.* enim D. Gregorius illum titulū ref  
pueret, vt suprà diximus, id tamen  
nō fecit ex ratione, quam tex. ibidem  
*Felinus.* reddit, & explicat Felin. in cap.1. col.  
2. de Constitutionib. ut scilicet Ioan  
nem Constantinopolitanum, qui se  
vniuersalem præsulem Ecclesiæ ap  
pellabat, humilitatis exemplo ad de  
ponendū similem titulū promoueret.

¶ Cæterūm quærunt in proposito  
Doctores ad maiore huius veritatis  
explicationē, quo pacto, & iure Pō  
ntifex Romanus in Petri primatum, &  
primū Ecclesiasticæ Hierarchiæ gra  
dū succedat? in quo aliqua ex multis,  
quæ illi inuoluunt, distinctè à nobis  
sunt obseruanda. Primū est Petri suc  
cessorē absolutè loquendo de iure di  
uino, & ab ipso Christo immediate  
principatū accipere. Nam cum suprà  
ostensum fuerit principatū nō perso  
naliter in Petro fuisse institutū, sed vt  
in successoribus eius usque ad consu  
matiōnē sæculi perduraret; euidēter  
cōsequitur talē successorē ex ipso iure  
diuino primatū habere: vnde si Ro  
manū Pontificē accipiamus, quaten  
successor Petri est, & ab Ecclesia, tā  
quā talis receptus (non disputādo in  
terim, quo iure talis sit) veritas est ca

tholica illū de iure diuino esse caput;  
A & pastorem totius Ecclesiæ, ab ipso  
Christo immediate primatū accepisse, vt loquendo de Ecclesia Romana  
probat tex. in cap. *Sacrosancta.* 22. dist. *C. Sacros.*  
cap. *Rogamus.* 24. q.1. c. *Damnamus*, de *C. Roga*  
summa Trinit. cū multis alijs, quibus *mus.*  
aduersus impios nostri téporis hære  
ticos, id latè cōprobat Pigh. de Eccle  
siast. Hieraf. lib.3.c.12. Ruffus in apo  
logia contra Molinam à principio, & *Bellarmino.*  
per totū, Bellarm. d.cap.12. Soar. de *Soar.*  
fide disp. 10. sect. 1. n. 15. plures relati *Senedo.*  
à Senedo collest. 11. à n. 4.

Tertiò denique à nobis inuestigā  
dum est. Vtrū Petri successores in to  
tius Ecclesiæ vniuersalis primatu sint  
Episcopi Romani? patet iam ex dictis  
vnū debere esse in Ecclesia visibile  
caput, cū ea perpetuo duraturū, eāq;  
Petro collatā primò à Christo Domi  
no potestatē, vt in eius successoribus  
perennaret, modò probare conten  
dimus Petri successores in eadē po  
testate esse Romanos Episcopos. Cō  
cilia generalia id expressè definiunt,

C Nicænum 1. canon. 39. Arabico: *Ille,* *Conc. N.*  
inquit, qui tenet sedem Romæ caput est, *cæn.*  
& princeps omnium patriarcharum, quā  
doquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui  
data est potestas in omnes principes Chri  
stianos, & omnes populos eorum, vt qui sit  
vicarius Christi Domini nostri super cū  
ertos populos, & uniuersam Ecclesiā Chri  
stianam, quicunque contradixerit à Sy  
nodo excommunicatur. Secūdū est Cō  
stantinopol. in epist. apud Theodore.

lib. 5. hist. c. 9. vbi dicit, se Cōst. itinopoli  
congregatū ex mandato literarū Pōtificis,  
fatetur q; Romanā Ecclesiā caput esse; seve  
ro mēbra. Tertiū apud Euagriū lib. 1. *Cōc. apud*  
histor. c. 4. dicit, se deponere Nestoriū *Euagr.*  
ex mandato Cælestini Romani Pōtificis,

in epistola ad eundem Pontificē scribit, causam Ioānis Patriarchae Antiocheni, eo quod esset magis perplexa ipsius Cēlestini iudicio fuisse à Cōcilio referuata. Quartū, quod est Chalcedonense act. 1. 2. & 3. sāpē vocat Leonem vniuersalis Ecclesię Pontificem. Quintum in causa Authimi Cōstantinopolitani congregatum fatetur se obedire, & communicare Apostolicę Romanę sedi. Sextum est sepAuthimi tima synodus generalis, quæ actione 7. Synod. 2. recipit, & probat epistolam Adriani Papæ ad Tharasium, in qua sedem Romanam obtinere primatum per totum terrarū orbem, esseq; Ecclesiarū omniū Dei caput, affirmat. Septimū est Lateranencē sub Innocentio 3. in

Cōc. Lat quo Græci, & Latini vnanimitè c. 5. Romana, inquiunt, Ecclesia disponente Domino, super omnes alias ordinarie potestatis obtinet principatum, utpotè mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra. Octauū est Lugdunencē sub Gregorio X. vt habetur in cap. Vbi periculum de electione in 6. in quo similiter Cōc. Lugdun. C. Vbi periculum. Græci, & Latini concorditer vocant, Romanum Episcopum Vicarium Christi, successorem Petri, & rectorem vniuersalis Ecclesiæ. Nonum denique à Græcis quoque, & Latinis cōflatum Florentiæ. Definimus, inquit, sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatū, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiā à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, &c. Nil potuit dici melius, nil clarius, lo-

cus tergiuersādi, & Græcis, & Latinis hæreticis adēptus est, si modo quidquam sapient; neque palam Spiritui Sancto resistunt. Quinque alia Concilia generalia prætermitto, quia nec à Lutheranis tanquā recētiora, neq; à Græcis, eò quod ipsi nō interfuerint recipiuntur: Catholici tamē ea viderint. Primū enim est Lugdunencē sub Innocentio 3. vt habetur in cap. 1. de homicidio in 6. Viennencē sub Clem. 5. vt habetur in Clementin. vnicā de sūma Trin. & fide cath. Constantiē. sess. 8. & 15. Lateranē. sub Leone 10. sess. 11. Trid. sess. 14. c. 7. & sāpē alibi.

B Idē confirmāt omnes Patres Græci, quorū loca tantūmodò insinuabo, vt ea curiosus per otium consulat: Ignatius in inscriptione epistolæ ad Roman. Polycarpus apud Hieron. de vi- tris illustribus, in eodē Polycarpo. Ireneus lib. 3. c. 3. Origen. apud Eusebiū lib. 6. c. 12. Idē Eusebius Cæsar. lib. 7. c. 28. Athanas. apolog. 2. contra Arianos, & in epist. ad Marcū Papā: idē cū omnibus Episcopis Aegyptiorū, Thebæcorū, & Lybiorū in epist. quæ extat tom. 1. Cōciliorum ad Felicem 2. Papā, Basilius Rag. epist. 52. ad Athan. Greg. Naz. orat. 23. & orat. 42. Chrysost. in epist. ad Innoc. Papā, Cyrillus Alex. epist. ad Cēlestīn. Papā, Theodoret. epist. ad Leonē Papā; & alij recentiores omnes, vt videre est apud Coccī lib. 7. at. 6. Facilē subscrībunt Coccī. Latini, Tertullian. lib. de prescript. ad Tertull. uersus hæreticos cap. 36. & lib. de pudicitia cap. 1. Cyprian. epist. 52. 45. 55. Cyprian.

D 67. Ambros. de excessu Satyri, & ad Ambros. cap. 3. primæ ad Timotheum, & in epist. 78. & 81. optatus Mileuit. libr. Mileuit. 2. aduersus Parmenian. Hieronym. Hieron. epistola 57. & 8. ad Demitriadem,

Cōc. Lugdun. Cap. 1. Conc. Vie non. Constant. Lateran. Trident.

13. Ignat. Polycar. Ireneus. Origen. Cæsar. Athanas. Basil. Naziaz. Chrysost. Cyril. Theodor.

Cyprian. Ambros. Mileuit. Hieron.

cap.9. & 16. ad Principiam, cap.3. & lib.3. aduersus Ruffinum, cap.5. & 6. A

*August.* Augustin. contra Julianum Pelagianum lib.1. cap.4. libr.2. contra Pelagium, & Cælestium, cap.17. epistola 157. & 162. 106. 165. & alij propè infiniti apudeundem Coccium, Soariū, Bellarmin. Sanderum de Visibili Monarchia Ecclesiæ libr.6. & Albertum Pighium de Hierarchia Ecclesiastica lib.3.

14

Denique eadem veritas stabilitur auctoritate Summorum Pontificum à quibus abest usurpationis iniustæ suspicio, quia eorum plures fuere viri sanctissimi, & integerrimi, ut hæretici quoque fatentur, de illis, qui usque ad annum CCC. floruerunt. Primum ergo Romanæ sedis dissertè asserit Clemens epistol. 1. Anacletus epist. 3. Euaristus epistola prima, Alexand. epistola 1. Pius epistola 1. Anicetus epistola 1. Victor. epist. 1. Zephirinus epistol. 2. Calistus epist. 2. Lucius epistola 1. Marcel. epistola 1. Luzebius epist. 3. Melchiades epistol. 1. Marcus epistol. 1. Hæc tamen, manifesta quidem de primatu Romanæ sedis testimonia hæretici dicunt recenter supposita esse, & adiuncta epistolis illorum sanetissimorum Pontificum, vel epistolas ipsas esse recentes, & confictas: sed Bellarm. lib.2. cap.14. antiquissimas esse ostendit, & veras. Pōtifices quoque, qui ab anno CCC. usque ad DC. vixerunt eundem Ecclesiæ Romanæ Principatum manifestissimè docuere, quos hæretici, tanquam viros adhuc Pōtifices recipiunt, imò D

ego, non nisi testimonia duodecim ponam illorū, quos nemo negat sanctissimos fuisse. Iulius 1. in epistol. ad Orientales, quæ extat in Apologia 2.

Sancti Athanasij: Damasus in epistola *Damasus* ad omnes Episcopos Orientales, quā

Theodore. affert lib.5. hist. cap.10. *Syricius*.

Syricius in epistola ad Hiemicum

Episcopum Tarragonensem. Zozimus *Zozimus*

ad Hesychium solitarium Episcopū;

Innocent. in epistola ad Episcopos *Innocēt.*

Macedoniæ 22. Leo epist. 84. ad Anatoliam Episcopum. Thessalonicens

epistol. 46. ad Anatolium Episcopum

Constantinopolit. epistol. 62. ad Maxi-

mum Antioch. epistol. 81. ad Diocorū Patriarcham, Alex. epist. 87. *Alexand.*

B ad Episcopos Africæ, & sermone 1.

de Natali Apostolorum, Gelasius in *Gelasii*.

epist. ad Episcopos Dardoniæ. Ioan-

nnes 11. in epistola ad Iustinianum se-

niorem Augustum, & habetur in ipso

Codice Iustiniani in primo titulo. A- *Anasta*.

naftasius 11. in epistol. ad Anatolium

Imperat. Felix 4. in epistola 1. ad va-

Felix .4

rios Episcopos, Pelagius 11. in epist.

1. ad Orientis Episcopos; Gregorius

Pelag. 11 denique Magnus lib.1. epist. 72. lib. 2.

epistol. 73. lib. 4. epistol. 56. lib 7. epi-

stola 63. In his non habent, quod ter-

giuersentur heretici, cum testimonia,

vt videre est suis locis sint apertissi-

ma, & de illorum vera autoritate ne-

mo dubitet. De reliquis vero Ponti-

cibus usque ad nostra tempora, res-

pondent esse pseudopapas, & ante-

christos, inter eos tamen multi ex

professo Romanæ Ecclesiæ vniuer-

salem Primatum asseruere; vt Adria-

nus 1. in epistola ad Tharasium, Ni-

colaus 1. in epistola ad Michaelē Im-

peratorem; Leo IX. in epistol. ad Mi-

chaelem Episcopum Constantinop.

Paschalis in epistola ad Episcopū Pa-

noritanum, quæ extat in cap. sig-

nificasti, extra de electione; Innocen-

tius 3. in epistola ad Imperat. Con-

stanti-

*Adriann.*

*Nicol. 1.*

*Leu 9.*

*Paschal.*

*Innoc. 3.*

stantinop. quæ habetur in cap. Solitæ, extra de maioritat. & obedient.

15. Constat igitur ex dictis Romanos Episcopos esse veros Petri successores in supremo Ecclesiæ principatu, non ita Alexandrinos, aut Antiochenos, tum propter Conciliorum, Patrumque & Pontificum testimonia, tum etiam quia Antiochiam viuens reliquit D. Petrus, & Alexandriæ per se, vel nunquam sedidit, vel si fortasse sedidit, eandem quoque Ecclesiæ multo ante mortem tempore deseruit.

16. Quæstiones alias à TT. tractari solitas breuiter attingam, quia Canonistis non placent, eo quod plus habent de possibiliitate quadam Metaphysica, quam de reali facto; qualis est; vtrum potuerit Sanctus Petrus separare suum Pontificatum supremū ab Episcopatu particulari Romano? Vtrum Roma per aliquem casum destruxta, & excisa summus Pontifex semper sit nominandus Episcopus?

A prima igitur incipientes quæstione obseruandum est in eo inter Catholicos arduam esse differentiam, seu controuersiam, quonam iure successor Petri sit is, qui Pontifex, seu Episcopus Romanus est? In qua Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. 5. in fin. Cord. in quæstionar. lib. 4. q. 1. propos. 8. dub. 2. & alij, quos refert Mendoça in quodlib. quæstion. q. 4. scholast existimarent summum Pontificatum, & Romanum Episcopatum non esse diuino nœxi coniunctos, ita ut ille, qui Episcopus Romanus sit necessario ex diuina institutione debeat esse Pontifex vniuersalis; sed hoc tantum ex facto Petri, & Ecclesiæ constitutione originem habuisse, idque ex eo confirmant, quia cum Petrus à Christo

fuit institutus, tanquam caput Ecclesiæ nulli particulari Ecclesiæ, ex ipsius institutione fuit addictus; imò à principio septem annis Antiochiæ sedidit; postmodumq; se Romam consultulit; unde nulla ratio evincit, vt per eius mortem Summus Pontificatus Romanæ Ecclesiæ diuino iure fuerit astrictus; Neque, inquit Soto, Patres, & Concilia contrarium afferere videntur; dum generaliter dicunt Romanam Ecclesiam ab ipso Christo Domino primatum habere, & alia similia, id enim ex

Soto.

B quadam hypothesi ab illis dictum esse putat. Ceterum, vt cunque ista subtiliter pro Soti opinione disputari possint, mihi tamen in re tam graui, potius contrariæ opinioni adhærendū censeo, vt scilicet ex diuino iure, & Christi institutione, Episcopus Romanus quatalis Petri successor sit in cura totius utilitatis Ecclesiæ. Quam sententiam communiter amplectuntur Doctores, vt videre est per Mendoçam,

Mendoça

qui latè luculēter pertractat, in quodlibet. quæstionibus, q. 4. scholiorum per tot. Pro qua imprimis videtur stare, vnaminis Pontificum, Patrum Conciliorum consensus, dum passim assertuerant Romanam Ecclesiam, ipsūq; Romanum Pontificem ex dispositiōne Christi Domini primatum, & Pontificatum obtainere, vt iam suprà retulimus, & habetur in cap. Sacrosancta, & in cap. Damnamus, & in cap. I. Sancta. de homicidio in 6. in cap. Quamvis, 21. C. Damnamus.

C. Damdistin. multisque alijs locis, de quibus Mendoça n. 7. quæ cum sint adeò generalia nulla possunt hypothesi, seu obiectione tutè eldi, imò satis aperte indicant, Christi institutionem esse, vt Pontifex Romanus cathedram necessariò totius Ecclesiæ pastor sit;

Cap. I. C. Quamvis.

Mendoç.

accedit quia cum Petrus Romam cathedram suam transtulerit, ibi mori-

*Cap. Beati.* tuus fu, ut probat tex. in cap. Beati. 2.

q. 7. & hoc insuper quasi iubente Domino factum fuerit cum Petro ex urbe decedeti, ac interrogati quo pergeret, obuiam factus dixit, *Venio Romanam iterum crucifigi*, vt etiam refert

*Eiesipus.* Eiesipus libr. 3. excidi Hierosolym.

cap. 3. recte videtur consequi ex diuinainstitutione prouenisse, vt Petrus Romanus moriens orbis pontificatum ibidem reliquisset. Ex qua historia id quoq; videtur expressè colligere Pō-

*C. Per ven-*  
*nerab.* tificem Romanum in cap. *Per vene-*  
*rabilem*, qui filij sint leg. ibi. *Locus enim*

*quem elegit Dominus Apostolica sedes esse*  
*cognoscitur: cum enim Petrus, &c.* Vbi

predicatam historiam narrat licet eam

non tanquam sacram Pontificem re-

*Sotus.* ferre contendat Soto vbi proximè.

Tandem illud est obseruandum, quod

licet ex iure diuino iuxta modo dicta

orbis Pontificatus cū episcopatu Vr-

bis sit coniunctus, non tamē esse actu

duas sedes, aut duos episcopatus, sed

episcopatus vrbis Romanæ in ponti-

ficatum totius orbis fuisse erectum;

quemadmodum fit cum simplex epis-

copatus, in archiepiscopatum, seu pa-

triarchatum erigitur, vt eleganter ad-

notauit Bellarmin. d. lib. 2. cap. 12. So-

*Bellarmin.* to dicto art. 8. Viuald. lib. 2. doctrina-

lis fidei, cap. 41.

Pro secunda quæstione dicendum est, Summum Ecclesiæ Hierarchiæ Præsidem, nunquam posse Romani Episcopi titulum deponere, nisi Roma funditus deleatur, vel similis alia grauissima causa occurrat, quæ illum ad interpretandum ius diuinum absque temeritate compellat; epicheaq; in hoc casu vtendum esse demostret.

*Sotus.*

*Viuald.*

17

Cum enim suprà resolutum sit Pon-

tificatum totius orbis Romanæ sedi

fuisse diuino iure coniunctum, Pon-

tifexq; ius diuinū relaxare nequeat,

sed tantum ex graui causa interpre-

tari, vt ex tex. in cap. *Sunt quidam*, cū

*Ca. Sunt*  
*quidam.*

*D. Tho.*  
*Fortun.*  
*Cou.*

*Mench.*  
*Nauar.*  
*Henric.*

*Soar.*  
*Barbos.*

*B*rubr. de soluto matrimonio nu. 104.

cum sequentibus; consequens necef-

sarium est dicere Pontificem prædi-

ctum titulum separare nō posse: imò

si Romanū episcopatū omiserit spiri-

tualem totius Orbis præfecturam in-

terpretatiū deponere necesse esse ex

graui tamen causa, cum qua, vt dixi-

mus, diuinum ius interpretari potest;

Romanj Episcopi titulum deponere

valebit, vt in corollario adiecimus,

quæ tamē causa talis esse debet, quæ

cam esse diuinam voluntatem in eo

euentu ostendat; vt v.g. totius Romæ

excidiū, & euersio; & quāvis aliqui

contendant etiam post illam summū

Pontificem Romanum pastorem ra-

*Pelag.*

*D*neque obstant Episcopi, Titulares,

qui aliquando in iuribus, in quibus

nulli reperiuntur Christiani institu-

tur, ibi enim non datur titulus sine

re, cum illæ nihilominus extent ciui-

tates, & ciues in proxima sunt potē-

tia, vt per ecclesiasticam administra-

tionem in vitam æternam dirigantur.

Addo

Addo tamen quod licet de iure diuino Pontifex prohibeatur Romani titulum deponere; posse nihilominus, rationabili causa per motū licitè alio sedem mutare, & in alia vrbe præter Romanam etiam per totam vitam residere. Cum enim totius orbis pontificatus, ut suprà notauimus cum episcopatu urbis Romæ unus tantum actu reputetur, non erit simpliciter Pontifex extra dioecesim, etiāsi extra urbem commoretur. Accedunt exempla multorum Pontificum, qui saepius per multos annos, imò per totum sui pontificatus tempus alibi residerunt, vt ex historijs constat; quos tamen omnes mortaliter peccasse, publicūq; scandalum in Ecclesia Dei dedisse verosimile non est. Dixit tamen rationabili causa permotum, quia cum Pontifex urbis Romæ, quatenus particularis dioecesis Episcopus sit, necessariò ea causa requiritur, vt licitè ipse, quanvis ipsius Episcopus, eius curā, & diligentiam deserat.

## §. II.

*Vtrum electio summi Pontificis ad homines pertineat, & ad quos?*

## SUMMARIUM.

- 1 Præsentis questionis diuisio proponitur, & Romani Pontificis electionem ad homines pertinere, assertur.
- 2 Collatio potestatis, & dignitatis Pontificiae personæ designatæ ad solum Christum immediatè spectat, & cœillationibus respondetur.
- 3 Electio Episcorum, & sacerdotum non pertinet diuino iure ad populum Christianum, sed tantum ad Clerum.

- 4 Summi Pontificis electio secluso iure positivo ad uniuersum Ecclesie clerum spectat.
- 5 Christus Dominus summo Pontifici commisit potestatem, & modum eligendi Ecclesie universalis pastorem.
- 6 Ius elegendi Pontificem in solidum translatum est ad Cardinales, & quo tempore.



N hoc titulo, ut per se patet duæ quæstiones continentur; & in prima quidē procedendum est cum distinctione,

quia in electione duo ad inuicem separabilia possunt in considerationem venire; aut verò loquimur de sola designatione personæ, vt quando Rex Episcopi personam Pontifici præsentat, quin illi conferat episcopalem dignitatem, aut de ipsa dignitatis collatione, vt quando Pontifex personam à Rege præsentatā acceperat, eique dignitate in impertitur. Et sanè in primo sensu electio summi Pontificis sine dubio pertinet ad homines, ut patet ex immemorabili Ecclesiæ vsu, & ratio naturalis conuincit, quia debet hominū Ecclesia quantum fieri potest humano modo gubernari: imò non fuit expediens in lege gratiæ, & fidei semper aliquod signum de cœlo expectare, vt nobis constaret, quem Deus eligisset in Pontificem.

In secundo sensu videtur esse communis sententia Doctorum, quod ad solum Christū immediatè pertineat conferre potestatem, & dignitatem Pontificiæ personæ designatæ, ita sentit Caiet. opusc. i. de Auctorit. Papæ Caiet. c. 13. & in z.p. Apolog. c. 22. Turrecr. Turrecr. lib. 2. cap. 44. Turrian. i. contra Cen- Turrian. turiat.

11811 Prima pars Relect. de Ecclesiastica Hierarchy.

*Soar.* turiat. cap. 18. *Soar.* de fide disput. 10.  
*Torres.* sect. 4. Torres de fide disp. 15. dub. 3.  
 Ratio est, quia Patres dicunt Romanum Pontificem habere potestatem à Christo. Deinde, quia Papa est Christi Vicarius, unde sicut Prorex à Rege immediatè creatur, ita debet à Christo Papa constitui. Denique, quia si homines conferrent hanc potestatē possent aliquando illam limitare, vel amplificare, vel modū illi prescribere, ut Papa facere solet cum Episcopos creat, id autem falsum est, & in Ecclesia Christi inauditum; ergo, &c. Oppones; persona cōferens dignitatem, vel confirmans præsentatum, potest aliquando illum reijcere, si sit, v.g. indignus: ergo si hoc modo elitur Pontifex nunquam nobis constare poterit, an sit verus Papa, & à Christo cōfirmatus, quia non constat nobis, an sit dignus, maximè, si debeat esse vir probus, vel etiam prædestinatus, vt aliqui dixerunt. Respondeo hæresim esse in Concilio Constantiensi damnata requirere in persona assumenda ad Pontificatum alias qualitates præter simplicem capacitatem; nec incommodum id iudicari debet; quia Deus eligens, siue conferens potestatē indigno designato, & præsentato potest supplere ipsius insufficientiā per assistentiam suam, homo verò cuen sit solum dispensator, non potest, neque debet indignum, qui præsentatur, acceptare, quia neque Domini negotium benè gereret, neque præsentati defectum supplere posset. Sed instabis, Christus Petrum rogauit prius: *Amas me;* ergo vt eligeret probitatem Petri requisuit; Respondeo non ideo Petru de amore erga Christum fuisse rogatum, quod Christus

requireret charitatem in Petro ad protestatē illi conferendam, sed, vt erudit pastores Ecclesiæ, quales esse deberent, & quales sibi in eisdem munib⁹ successores eligere, ut interpretatur Augustin. de Agone Christian. cap. 30. Chrysostom. lib. 2. de sa cred. Leo Pap. ser. 2. de sua assumpt.

Quod attinet ad secundam quæstionem in titulo contentam, ad quos nimirum pertineat homines hæc elec̄tio? imprimis supponendum est, & habendum pro comperto ex Concilio Lauodiceno. I. cap. 13. ex Concilio Martini Papæ apud Martinū Bracharens. cap. I. Decretorum, ex Concilio 4. Constantinopol. quod est 8. generale canon. 20. item ex nostro Canonico iure multis in locis præfertim per totam dist. 62. 63. & 89. nec

non ex Apostolorum, & Summorum Pontificum exēplis electionem Episcoporum, & sacerdotum non pertinere diuino iure ad populum Christianum, vt contendunt per insaniam Caluinistæ, & Lutherani à Bellarm. lib. I. de clericis cap. 7. egregie refutati. Secundò supponendum est electionem hanc consequenter spectare quasi naturali iure ad clerum; sicut in Republica pertinet ad optimates elec̄tio principis.

His suppositis dicendum est Summi Pontificis electionem, secluso iure positivo, pertinere ad uniuersum Ecclesiæ clerum, quia Papa primò, & per se elitur, vt caput totius Ecclesiæ, & Romanus Episcopatus est annexus summo Pontificatui, vt quid minus principale, ita Soarez suprà, & *Soar.* alij contra Caietanum in Apolog. c. 22. Bellarmin. citato cap. 10. Torres *Bellar.* suprà. Confirmatur eadem sententia *Torres.*

C. Si duo. ex cap. Si duo. dist. 79. vbi decernitur, his habendus pro vero Pontifice, quem vniuersitatis consensus elegerit, quando duo ita de papatu cōtentundunt, vt res in dubio versetur, & ita factum esse in Concilio Constātien- si notissimum, neque minimē recens exemplum est.

Conc. Cō-  
stant. 5 Quanuis prædictus modus eligēdi Summum Pōtificem ex natura rei consequens sit, quia tamen non ita facilis, & expediens esset in omni occasione, difficilimum enim foret in singulis electionibus Romani Pontificis Concilium generale congregare; ideo Christus Dominus eidem Summo Pontifici commisit potestatē, vt modum eligendi conuenientiorem pro temporū diuersitate præscriberet. Patet id experientia, & vsu Ecclesiæ, quia modus, qui est obseruatus hactenūs eligendi per adorationem approbatus in quatuor Cōcilijs generalibus. Viennensi, Lugdu-  
Lugdun. nensi, & duobus Lateranensibus sub  
Lateran: Nicolao I. & Alexandro III. nec non  
qui recens est introductus eligendi per scrutinium, & suffragia secreta in legibus, & statutis ipsorum met Pontificū fundātur. Deinde, quia Papa caput est Ecclesiæ, & ideo ad illum debet pertinere prouidentia in rebus maximē necessarijs ad bonū regimen ipsius Ecclesiæ, qualis est, & grauiſſima, electio Summi Pontificis.

6 Et sanè varius fuit modus eligendi Pontificem, donec ad Cardinales in solidum translatum est ius eligendi iam ante annos plusquam. CD. vt cōstat ex Decreto Alexandri. 3. quod habetur in capit. Licet. de electione. Nam imprimis Sanctus Petrus, qui fuit primus Pontifex Romanus, no-

minauit, & elegit sibi successorem A Clementem, vt constat ex epistolis ipsius Clementis, & ex 2. Alexandr. Papæ I. ad Orthodoxos ex epistola Ioā. 3. pa- Ioann. 3. ad Episcopos Germanie, ex pa. cap. Si Petrus, & ex cap. Vnde. 8. q. 1. & probat Soarez suprà. Deinde Episco- C. Si Pe- pi vicini, & clerus Romanus eligebat, trus. vt colligitur ex Cypriano lib. 4. epi- C. Vnde. stola 2. Eusebius lib. 6. hist. c. 21. & ex Soar. Damato in Pontificali: in quo eligen- Cyprian. Di- modo etiam requirebatur populi Eusebius. consensus, vt testimonium de vita, & B moribus illius qui eligebatur à clero Ca. Cum exhiberet, vt habetur in cap. Cum lo- ge, dist. 63. & cap. Electionem, dist. 79. Tonge. & ex Cypriano cit. item lib. 2. epist. 5. Postea consensus etiam Imperatorū C. Elec- cæpit expectari, vel ex iniusta usur- tionem. priuilegio, vt de Carolo Magno, & Pipino habemus in cap. Adrianus ea- nem. dem dist. 63. cui statim renunciauit C. In Sy- eorum successor Ludouicus, vt est nod. ibidem caput Ego Ludouicus, & si post C. Ego Lu- illum multi id conatis sint repeteret, vt dous. videre est in Peghio lib. 3. c. 13. & in Tigrinus. Palud. cap. 7. Turrecrem. & alijs. Denique Adrianus II. decreuit, vt nul- lius Principis secularis consensus ex- Palud. Turrecr. pectaretur; atquè similitè populi cō- Adrian. consensus, & testimonium desijt expe- C. Adria- cttari, nam per se nunquam necessariā nus. fuisse in electione Summi Pontificis C. Ego Lu- interpositionem laicorum, constat ex dous. Conc. Ro- Concilio Romano sub Symacho Pa- man. pa, ex 6. Synodo generali, & multis Gracian. alijs à Graciano congestis, dist. 34. & 63. Demum Gregorij VII. & Urbani tempore electio ista omnino deuo- luta est ad Cardinales, vt patet ex ca- pit. In nomine Domini. dist. 23. & cap. I. Cap. I. dist.

*Ca. Licet* dist. 77. & cap. *Licet exemplo*, de elect. exemplo. & cap. *Vbi periculum*. eodem titulo in *C. Vbi* pe 6. & Clement. *Ne Romani*, eodem titriculum. tulo, & ex Concilio Constantiensi Cle. *Ne Roman.* q. 8. de quo etiam vide *Vualdens. art. Conc. Cō.* 3. cap. 39. *Iuonem Carnot.* 3. decret. *Vuald.* Hugo de *Sancto Victore* 2. de sacra-*Carnot.* ment. p. 3. cap. 14. *Hugo.*

§. III.  
*Vtrum Pontifex deponi possit, & à quibus?*

S U M M A R I V M.

- 1 *Papa hereticus pertinax dignitate priuari potest.*
- 2 *An si penes aliquem potestas deponendi Pontificem hereticum pertinacē.*
- 3 *Pontifex hereticus deponitur à Deo pereunte iudicio, & pronunciata sententia Concilij generalis.*
- 4 *Nullam dari in Ecclesia legem interpretationiam iuris diuini super depositione Romani Pontificis, affirmatur.*
- 5 *Licet Papa hereticus non sit membrum Ecclesiae, neque caput quoad substantiam, & formam, est tamen caput quod ad officium, & influxum.*
- 6 *Papa solum propter crimen heresis deponi potest.*
- 7 *Opinio Marsiliij de Padua, & aliorum qui dicunt Pontificem posse puniri à Principe seculari, si non recte officio suo fungatur; rejecitur.*
- 8 *Quare Pontifices Imperatoribus potestatem concedebant sedem Apostolicam ordinandi, & Romanum Pontif. eligendi, illorumq; iubire iudiciū.*
- 9 *Vtrum Papa sit super Concilium, an è conuerso.*
- 10 *Fundamenta, quibus assertur Concilium esse supra Pontifice, tolluntur.*

A **N** hac materia conueniunt omnes Doctores Papā hereticum pertinacem posse dignitate priuari, colligunt id ex Clement. 1. epistol. 2. vbi dicit Sanctum Petrum docuisse hereticū Pontificem esse deponendum. Ratio quoquè est ferè euidentis, quia grauissima damna pateretur Christi Ecclesia, si cogeretur heretico capiti subesse, nec illud à se ullo modo posse depellere, & amputare, quia qualis est Princeps talis esse solet populus, præfertim si contagio sit heresis, quæ serpit, ut cancer, & facilimè descendit à capite in totum corpus.

B Diuiduntur tamen in assignando iudice, qui Pontificem in eo casu deponat; quidam enim volūt nullo alio expectato iudicio, immediate ab ipso Deo esse deponendum; huius sententiæ est Turrecr. lib. 2. cap. 102. lib. 4. 2. p. à cap. 18. August. de Ancona articul 5. Palud. de potest. Papæ; Driedo lib. 1. de libertate Christiana cap. 14. Castro 2. de iusta heret. punit. c. 22. & 23. Simanc. inst. cathol. cap. 21. Iacob. 7. de Concilijs artic. 1. Salmer. Roman. tom. 12. tractatu 83. Bellarm. de Bellarm. Roman. libr. 2. cap. 30. Ratio illorum est, quia fides est fundamcnum Ecclesiae: ergo Pontificatus, & ordinis totius hierarchici: ergo, &c. Deinde, quia Patres docent nemine, qui fide careat posse habere in Ecclesia iurisdictionem. Denique qui non est Christianus non est membrum Ecclesiae: ergo nequè caput.

C **D** Nihilominus contraria magis placet Doctoribus recentioribus, qui volunt Pontificem in eo casu non deponi à Deo, nisi præente iudicio, & pronunciata sententia Concilij generalis de

de crimine hæresis per Pontificē admisso, ita Caiet. c. 18. & 19. de authoritate Pape. Sot. in 4. dist. 22. q. 2. ar. 2. Cano. 4. de locis, c. vlt. ad 12. Corbū Corduba. ba lib. 4. q. 11. Banhes in 22. ar. 1. dub. 2. Soar. de fide disp. 10. sect. 6. Torres de fide disp. 15. dub. 3. Ratio est, quia talis priuatio est grauissima pena: ergo ut ipso facto incurritur, necesse est à diuino iure reperiri expressam, tale autē ius de nullo hæretico, multo minus de Papa inuenitur: ergo, &c. Deindē propter ius humanū Papa nō potest ipso facto priuari sua dignitate, quia ius vel esset latū ab inferiori, nēpē Cōcilio, vel ab equali, nēpē à Papa prēdecessore, neuter tā habet vim coactiuā in Pōtificem, vt per se patet, quia inferior, vel equalis aliū nō cogit.

4 Dices habere in Ecclesia legē aliquā interpretatiuā iuris diuini super hac materia. Respōdeo talc ius diuīnū esse fictiū, neq; haec tēnūs à Cōcilijs, vel Pōtificib⁹ esse conditā vllā legē interpretatiuam huius iuris: imò perniciosum esset Ecclesiæ tale ius, quia si Pōtifex hæretic⁹ esset occult⁹, nesciente Ecclesia priuatus foret sua potestate, & omnia in Ecclesia essent irrita, q̄ ille faceret; si verò esset manifest⁹ perplexitas nasceretur in Ecclesia, & schisma, quia sine dubio alij diccerent esse, alij non esse hæreticum.

5 Ad rationē primæ sententiæ dico fidē esse Ecclesiæ primariū fundamētū, quoad iustificationē, & bonorum spiritualiū collationē, nō verò, quoad potestatē, & iurisdictionē; nam in necessitate potest hæretic⁹ sacerdos absoluere, vt omnes cōcedūt, cū tamen potestas ordinis præstātior sit potestate iurisdictionis. Hic etiā Patres loquuntur de indignitate radicali hæreti-

A corū, quia merentur priuari omni iurisdictione spirituali, vel etiam agunt de priuatis Episcopis, supposito iure Ecclesiastico. Denique concedo Papam hæreticum non esse membrum Ecclesiæ, neque caput quoad substātiā, & formam, esse tamen quoad officium, & influxum, quod facere posset, etiā si esset æneum, quia Christus, qui est caput principale influēs, mortuo quoque uti potest instrumēto ad influendum.

6 Addendum est pro huius doctrinę

B complemento Pontificē propter nullum alium crimen deponi posse. Cōstat ex cap. Si Papa. dist. 40. c. Electionē dist. 79. cap. Ques. 2. q. 7. & c. Nemo, c.

C. Si Pa-  
pa.

C. Electio  
nem.

Alioram, cap. Cuncta. 9. q. 3. Caietan. in opuscul. de auctoritate Pap. p. 2. c. 27.

C. Oue s.  
C. Nemo.

Turrecrem. lib. 2. à cap. 98. D. Anton.

C. Cūcta.  
Caiet.

3. p. tit. 22. c. 4. §. 3. Augustin. de An-

Turrecre.  
Antonin.

4. Turrian. libr. de Papa, & Concil.

Ancona.

Pighius lib. 6. c. 14. & 15. Cordub. lib.

Iacob.

4. q. 6. Bellarm. c. 26. Soar. citatus, &

Turrian.

Torres suprà. Ratio est, quia daretur

Pighius.

occasio multorum schismatū, & per-

Cordub.

turbationū in Ecclesia, si propter alia

Bellarm.

crimina iudicari, & deponi posset Sū-

Soar.

mus Pōtifex: facile enim excogitarē-

Torres.

tur flagitia ab inimicis, & caluniato-

ribus, quod in hæresi nō ita facile est,

cum sit crīmen determinatū, & per se

adēt notum, in quo etiam est maior

ratio, vt excludat à dignitate pōtifi-

Marsil.

cia, quia excludit ab Ecclesia, & inept-

Marsil.

um reddit hominē ad eam gubernā-

Nilus.

D dam magis, quam reliqua flagitia.

Marsilius de Padua, & alij conten-

L nonnul-

dunt Pontificem posse puniri à Prin-

**Glossa.** nonnulli Canonistæ nostri Catholi-  
cī, cum glossa ad caput *Si Papa*. dist. 4.  
**Abbas.** & cum Abbat. ad caput *Significasti*,  
de electione; reliqui nostræ ætatis hę-  
retici vtrunque errorem amplectun-  
tur. Horum tamen omnium argumē-  
ta, & leuia fundamenta dissoluunt  
**Turrecr.** Turrecremat. & Bellarmin. suprà ci-  
**Bellar.** tati. Et expositis fundamentis, pro  
nostra veraquè sententia facile euer-  
tuntur: nam cūm eo ipso constet Pō-  
tificem Romanū principē esse Eccle-  
siæ totius, nullam proindè in terris su-  
præ se potest recognoscere potestatē,  
vt de Ecclesiastica patet, & de sæcu-  
lari conuincitur. De prima probat  
text. in cap. *Solitæ*, de maiorit. & obe-  
dient. & in cap. *Duo sunt*. 99. distinct.  
**C. Solita** De secunda Nicolaus Papa in cap.  
**Cap. Duo** *C. Patet*, ibi. *Apostolicae sedis iudicium à*  
**sunt.** *Nemo nemine fore tractandum*. Innocent. in  
**C. Nemo** cap. *Nemo*, ibi, *Nemo iudicabit primam*  
**Simanc.** *sedem*, Simancas in capite *Aliorum*,  
Gelasius in cap. *Cuncta per mundum*.  
**C. Cuncta** ibi, *Ne cuiquam de eius liceat iudicare*  
**C. Si Pa.** *iudicio*. 9. q. 7. Bonif. martyr in cap. *Si*  
**pa.** *Papa*, ibi, *Cunctos iudicaturus, à nemine*  
**Innoc.** 3. *est iudicandus*. 40. dist. idemque ex  
professo docent Innocent. 3. in diēt.  
**Bonif.** 8. cap. *Solitæ*, Bonifacius. 8. in Extrauag.  
*Vnam sanctam*. eod. tit. de maior. & ob.

8

Neque inter alia argumēta aduersus hāc veritatē ab hæreticis cōfecta,  
quæ elegāter soluunt supracitati au-  
tores obstant nonnulla iura, quibus Sūmi Pontifices imperatoribus po-  
testatem concedunt sedē Apostolicā  
ordinandi, & Romanum Pontificem  
eligi, illorumq; subeūdi iudiciū, vt

**C. Adria** de Adriano, & Leone 8. legitur in c.  
**nus.** *Adrianus*, & in cap. *In synodo*. 63. dist.  
**C. In sy-** & de Leone 4. in c. *Nos si incōpetenter*.  
**do.** 2. q. 7. quia respondeo, Adrianum, &

Leonem, propter varia schismata, quę  
A tunc erant, & frequentes quibus Ec-  
clesia Romana vexabatur hostes so-  
lum cōcessisse Imperatoribus, vt ele-  
ctionem noui Pōtificis confirmarēt,  
vel infirmarent & ipsam Ecclesiā tā-  
tum, quoad temporalem prīcipatū  
regerent, quæ priuilegia posteā illis  
causis cessantibus fuerunt reuocata.  
Leonē verò in d. cap. *Nos si incōpeten-*  
*ter*, vltra intellectū, Abb. in cap. *At si*  
*clericī*, in princip. n. 25. de Iudicijs, quę  
sequitur Decius in cap. *Cū venissent*.  
B n. 5. eod. tit. afferentis procedere de  
humilitate, & honestate: dicendū est,  
non iudicio coactuo Imperatoris, de  
quo tantū loquimur, sed solum dis-  
cretiū se cōmisissē, vt ex ipso textu  
apertē colligitur, quod nullū est incō-  
ueniēs, quemadmodū alias prīcipes  
omnes suis legibus, non coactiū, sed  
discretiū tantū obligātur, vt notant  
cōmuniter scribentes in l. *Princeps. ff.*  
*de legib.* & apud nos in c. i. de proba-  
tionib. Neq; deindè facit in cōtrariū,  
quod Sūmus Pontifex in foro cōsciē-  
tię verè confessario suo subiicitur, vt  
clarum est, quia respondeo cum Bel-  
lar. vbi proximē, id procedere, quia  
confessarius merum est instrumentū  
Dei, ita vt magis Deus per hominē,  
quam ipse homo iudicare videatur.  
Neque tandem vrget Romanū Pon-  
tificem hæreticum ab Ecclesia iudi-  
cari, vt suprà dicimus, & deponi pos-  
se, vt videtur probare text. in d. cap.  
*Si Papa*, ibi, *à nemine est iudicandus*,  
*nisi deprehendatur à fide deuius*. 40. di-  
stinct. habeturque in 8. synodo, vbi  
D Honorius ob hæresim fuit depositus,  
licet enim argumentum hoc facile  
elidi posset tenendo cum Pighio de *Pighiis.*  
Ecclesiast. Hierarch. libr. 4. cap. 8.

*C. Nos.*  
*Abb.**Decius.**L. Prin-*  
*ceps.*  
*Cap. i.**Bellar.**C. Si Ps.*  
*p. 8.**8. synod.**Sum-*

*Bellarum.* Summum Pontificē hæreticum esse non posse; quę sentētia est valdē probabilis, de qua infrā disputabimus; nihilominus tamen sequendo Bellarm.  
*C. Nouatianus.* & aliorū sententiā, facili negotio respondeatur, Papam hæreticum manifestum statim per se desinere esse Papam, & caput Ecclesiæ, quia cum etiā statim per hæresim, desinat quoque esse Christianus, & membrū Ecclesiæ vniōne interna, non potest eiusdem esse caput, aut aliquā habere potestatem, seu iurisdictionē, quam mox per hæresim amittit, ut in specie probat Cyprianus in cap. *Nouatianus*, vers. final. 7. q. 1. cap. *Audiuimus*. 24. q. 1. ac proindē, tanquam omni potestate, & autoritate priuatū, imò tanquā non Pontificem posse ab Ecclesia puniri, & iudicari, in quo sensu prædictum textum procedere affirmat, & interpretatur Bellarm. d. lib. 2. c. 30. Respondeo tamen prædictum textū esse intelligendū, ut in eo casu, quando Pōtifex est hæreticus manifestus, præcūte iudicio, sententia Concilij generalis de criminē hæresis per Pontificem admissō, pronuncietur, & ita sunt intelligenda illa verba tex. ibi. *A nemine est iudicandus*: vnde alij dicunt, quod cum Concilium generale sit ad hoc ipsius Pontificis auctoritate congregatum, semper manet verum, quod prima sedes non iudicatur, nisi à se ipsa, quę expositio placet præstantissimis Theologis illam exemplis confirmantibus. Limita tamen hoc non posse practicari, si Summus Pontifex non manifestus, sed occultus tantum fuerit hæreticus, quia cum hæreticus occultus adhuc non sit extra Ecclesiam, vt ex multis comprobatur *Canon. de locis*, lib. 4. cap. 2. non proindē

*A* desinit esse Papa, nec etiam ab Ecclesia poterit iudicari. Quomodo in perpetua amentia deponendus sit, & in dubio de electione, vide citatos Doctores, præcipue Turrecrem. *Caietan.* *Pigh.* *Soar.*

*Turrecrem.*  
*Caietan.*  
*Pigh.*  
*Soar.*

9

Ex quibus iam pendet resolutio illius arduæ, & cōtrouersæ quæstionis, quam tempore Concilij Pisani, cum duo Pontifices essent in schismate *Conc. Pi-*  
*Florentiae* habitam esse meminit D. *D. Ant.*  
*Anton.* 3. p. summæ histor. tit. 22. c. 5.  
*B* §. 2. Vtrūm videlicet Papa sit super Concilium, an è conuerso Conciliū supra Pontificem existat? Cum enim ex dictis constet Romanum Pontificem primariam in Ecclesia repetere auctoritatem, ita vt à nemine in terris possit iudicari, nec ullum supra se recognoscat superiorem, manifestè cōsequitur, cūdem supra Conciliū esse. Quo fundamento ita hanc sententiā definiuit Concilium Lateranense ultimum sub Leone X. sess. 11. reprobās contrarium decretum edictum in Concilio Basiliensi, satisquè probat Paschalis in capite *Significasti*, vers. *Hoc nimirum*, de electione, expressè Nicolaus I. agens de Concilio, qui noluit iudicare Marcellinum in cap. *Nunc autem*. 21. dist. ex eoq; evidenter ostenditur, quia Romanus Pontifex non solū Ecclesiarum particularium, sed etiam totius vniuersalis simul congregat, quę nihil aliud est, quām Concilium ab ipso Christo immediate caput, & Pastor fuit cōstitutus. *Matt. 16*  
*Ioan. vlt.*  
*C. Oppres-*  
*sus.*  
*Rubr. de*  
*Appellat.*

*C. Signifi-*  
*casti.*

*C. Nunc*  
*autem.*

à Pontifice ad Concilium licita fuit, ut expressè probat Gelasius agens expressè de Concilijs, vt constat ex fine textus in cap. *Cuncta per mundum* 9.q.3.ibi, *Ad sedem Apostolicam, de quilibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permisus, & infra, ibi soluendi, quos synodus inique damnauerat, habuit facultatem, &c.* Ex quibus omnibus, & multis alijs hanc sententiam ex professo tueruntur Pelagius de planctu Ecclesiæ lib. 1. art.

6. Iacob. de Concilijs lib. 10. artic. 7.

Thom. Campeg. in tract. de potestat.

C. Significasti.

Cou. communiter in dict. cap. *Significasti,*

Cou. 4.resol.cap.16.num.6.& infiniti Doctores, cum quibus communè

dicit, & sequitur Bellarmin. tol. o. i.

controuersia. 4. libr. 2. de Concilijs

ex cap. 14. Ampliantes, vt non solùm

procedat in Pontifice inuitito, hoc est,

nō solum Conciliū nō esse supra Pō-

tificem inuitum, vt docuit Glossa in

dicto cap. *Nos si in competenter, & in d.*

capite *In synodo, verum neque ipsum*

Pontificem posse se subijcere senté-

tiæ coactiuæ Conciliorum, quia cum

illius supra omnes potestas sit de iure

diuino, vt constat ex dictis, & insuper

eiusdem iudicium soli Deo reserue-

tur, iuxta textum in capite *Aliorum.* 9.

q.3. non poterit Pontifex se Conci-

lio subijciendo, in illo dispensare, aut

iudicium superiori reseruatum infe-

riori committere, iuxta regulam tex-

in cap. *Sunt quidam.* 25. q.1. cap. *Cum*

*inferiori, de maioritate, & obedient.*

Quanuis autem contrariam sen-

tentiam asseruerint multi Doctores,

Gerson, Almain. & alij in tractatibus

Almain. de potest. Ecclesiæ, noster Panormit.

Panorm. in d.c. *Significasti,* inter multa funda-

menta ex eo potissimū adducti, quia *Conc. C.*

A *Concilium Constant.* sess. 4. *Basiliēs.* stant.

sess. 13. videntur definire Concilium *Basiliēj.*

esse supra Pontificē, nihilominus ta-

men ea omnia nihil difficultatis ha-

bent, neque auctoritates Conciliorū

quicquā euincunt, quia Constantiēse

procedit solū in casu schismatis, quā-

do ignoratur verus Papa, Basiliense

verò in hoc ab Eugenio fuit repro-

batū sess. 8. & à Lateranensi d. sess. 10.

vt elegātē explicat Bellarm. cap. vlt.

vbi proximè. Nos de Pontifice, quæ

dicta sunt pro modo nostro sufficere

iudicamus, & ad ipsius doctrinam, &

potestatem festinamus.

### §. III.

Vtrum Pontifex errare possit?

### S V M M A R I V M.

1 *Doctrina Pontificis ad fidem, & bo-*  
*nos mores spectat, in rebus fidei, qua-*  
*uniuersæ Ecclesiæ authenticè propo-*  
*nit Summus Pontifex, nunquam er-*  
*rare potest.*

C 2 *Pontifex quoad substantiam, & ho-*  
*nestatatem in præceptis, & regulis, pro*  
*uniuersa Ecclesia tradendis errare*  
*non potest.*

3 *Opinio illorum, qui dicunt Pontificē*  
*tanquam personam, & priuatum Do-*  
*cτorem posse errare refertur.*

4 *Licet Pontifex, ut priuata persona*  
*posset esse hæreticus, ex eo tamen nul-*  
*lum errandi periculum toti Ecclesiæ*  
*imminere conuincitur.*

5 *In canonizatione, seu beatificatione*  
*sancctorū infallibile est Pōtif. iudiciū.*

6 *Summus Pontifex in abrogandis le-*  
*gibus nunquam errare potest.*

7 *Authoritas Pontificis in definiendo*  
*infallibilis est; in controuersijs facti*  
*particu-*

C. Chcta.

Pelagius.  
Iacob.

Tbo. Cäp.

C. Signifi-

Cou.

Bellarmino.

Glossa.  
Cap. In sy-

nodo.

Cap. Alio-

rum.

Ca. Sunt

quidam.

Cap. Cum

inferiori.

10

Gerson.

Almain.

Panorm.

Eugenius  
Papa.  
Cōc. Lat.  
Bellarm.

Con  
Flo  
Lat

- particularibus aliquando falli potest.  
 8 In approbationis religionibus, certum, & infallibile est Pontificis iudicium.  
 9 Concilium generale, quatenus approbatum à Pontifice, regula infallibilis est in doctrina fidei, & morum.  
 10 Obiectiones, quibus probari videtur Pontificem in approbatione religionum errare posse eliduntur.  
 11 Errores, qui falso ab aduersariis hereticis, Hierarchie ecclesiasticae praesidibus adscribuntur in iure nostro expressi vendicantur.  
 12 Intellectus capitum à quodam Iudeo de consecratione dist. 4. & excusatatur Nicolaus Primus, & alij Pontifices, qui falso reprehenduntur.  
 13 Pontifex in definiendis rebus fidei, & morum, non tenetur ad hoc praeceisse Concilium, aut Patres consulere.

**D**icitur doctrina Pontificis, vel potest ad fidem, vel ad bonos mores spectare; quod attinet ad res fidei dico cum Doctoribus Catholicis communiter Pontificem errare non posse quando aliquid universae Ecclesie authenticè proponit, ut credendum fide diuina. Patet, quia Ecclesia est infallibilis in credendo: ergo illius magister debet esse infallibilis in docendo, alioquin illam posset decipere. Deinde, quia Pontifices semper in se agnoverunt hanc docendi res fidei infallibilitatem, & Ecclesia ita ab initio recognouit, & in ecumenicis Concilijs, vt constat ex Viénensi in Clementina vnica de summa Trinitate, ex Florentino sess. 25. ex Lateranensi sub Leone X. nec non in provincialibus approbatis per Pontificem, vt Mileuitano, Arausiano, Toletanis multis; Carthaginensi-

bus, & Romanis. Denique ex Patrū A consensu, quos videre est apud Canum lib. 5. & 7. de locis, Turrecrema. lib. 2. cap. 109. Vuald. libr. 3. Hosium Cardinalem in confessione fidei, Bellarmino. lib. 3. de Pontifice, Salmeron in 16. Matth. Direct. Inquisit. 2. p. q. 2. & 7. Penham in scholijs ad illas, & Bosium tom. 1. de signis Ecclesiæ lib. 10. cap. 6.

Dico similiter cum communi Doctorum non posse errare Pontificem, quoad substantiam, & honestatem in preceptis, & regulis pro vniuersa Ecclesia tradendis. Sic D. Antoninus 3. p. tom. 12. cap. 8. §. 2. Cano lib. 5. de locis, cap. 5. Molin. de Iust. disp. 325. Bellarm. lib. 4. de Romano Pont. c. 5. Soarez de fide disput. 5. sect. 8. & alij apud ipsos. Ratio est, quia decreta morum includunt doctrinam nō minus necessariam ad salutē, quam sint aliæ veritates de fide: ergo, &c. Idem etiam aperte testatur Pontifices nostri, Lucius in cap. Arecta, Sixtus in cap. Memor, Eusebius in cap. In sede, C Hieronymus in cap. Hæc est fides. 24. q. 1. Innocent. 3. in cap. Maiores, de Baptismo.

Porrò veritatis hoc, & infallibilis iudicij in rebus fidei, & morum priuilegiū declarant primò Doctores, solum competere Romano Pontifici, vt est Hierarchie Ecclesiasticae, & Apostolicæ cathedræ præsidenti; cumque aliquid definire vult à tota Ecclesia recipiendū. Cæterū eundem tāquam personam, & priuatum Doctorem consideratū asserunt posse errare, imò in heresim incidere aliquid pertinaciter contra fidē credēdo, quia imprimis, inquit, qđ in hoc nullo modo violatur diuina illa, de qua suprà Lucæ 22. L. 3. Indefe-

Canus.  
Turrecr.  
Vuald.  
Hosius.  
Bellarm.  
Salmer.  
Direct.  
Inquisit.  
Penba.  
Bosius.

Antonin.  
Cano.  
Molin.  
Bellarm.  
Soar.

C. Are-  
cta.  
C. Mem.  
C. In sede.  
C. Hæc est  
C. Maio-  
res.

Luc. 22.

**C. Si Papa.** Indefectibilis fidei promissio, neq; auctoritates Pōtificū suprà adducte, quæ solū loquuntur de Romano Pontif. vt pastore totius Ecclesiæ aliquid publica auctoritate definitente. Deinde iura aperte supponunt Pōtificē posse à fide deuiare, vt in dicto cap. *Si Papa* 40. dist. ibi. nisi deprehendatur à fide deuinus, & in cap. *Oues.* 2. q. 7. ibi, *Nisi à fide exorbitauerit*, & expressè Gratianus in cap. *Anastasius.* 49. dist. & in cap. *Dictum.* 1. q. 1. & Nicolaus Papa in cap. *Nunc autem.* 21. dist. referunt Anastasium, Marsillinum hæreticum; multæque aliæ de erroribus Pontificum traduntur historiæ, quæ omnia asserunt Doctores nullo modo posse reetè saluari, nisi dicamus esse intelligenda de Pontifice, vt priuata persona censiēte; quanvis autem hæc omnia ita explicata vera sint, & à Doctoribus communiter inculcata; existimo tamen piè, probabiliiterq; credi posse Romanum Pontificem etiam vt priuatam personam nullo modo in rebus fidei posse errare, aut in hæresim incidere; quia imprimis id videtur requirere suavis prouidentię Dei dispositio. Nam quomodo, quæso, Romanus Pontifex si fuerit hæreticus definiet, & prædicabit veritatem de fide ab Ecclesia credendam, confirmabitque in ea fratres suos, sicut illi præcepit Dominus Lucæ 22. nisi per quandam violentam Dei potentiam, & quasi miraculum; deinde id etiam postulat Ecclesiæ ordinata gubernatio, quæ nullo modo stare poterit, si concedamus Pontificem posse esse hæreticum, cum enim certum sit hæreticos nullam habere potestatem, aut auctoritatem ecclesiasticam, tanquam diuisos à corpore Ecclesiæ,

Luc. 22.

vt probat expressè tex. in cap. *Noua-* Cap. *Nouianus.* vers. fin. 7. q. 1. cum multis alijs, *Natianus.* iam daremus caput totius ecclesiasticae Hierarchiæ esse sine vlla potestate, quod quandam videtur implicare contradictionem. Tandemq; probatur ab euentu, quia cum nullus Pontifex adhuc sit hæreticus, vt infrà probabimus, signum est tales esse non posse. Ex quibus fundamentis, ac multis alijs, quæ apud ipsū videri poterunt, hanc sententiam constanter tuetur Pighius de Ecclesiast. Hierarch. lib. 4. cap. 8. Posteaq; in nostro sensu eandem videtur sequi Bellarm. d. lib. 4. cap. 6. Neque prædicta iura aliquid in contrarium euincunt, textus enim in d. cap. *Si Papa*, & in d. cap. *Oues*, tantum loquuntur conditionaliter, nihilque affirmant Pontificem posse esse hæreticum; sed solum dicunt illum nō posse iudicari. Et quia certum non est, an possit esse hæreticus, necne? ideo conditionaliter addunt nisi fortè fuerit hæreticus; nihil tamen in hoc affirmatiū decidentes. Textus autem in dicto capite *Anastasius*, & in dicto cap. *Dictum*, & *C. Dicitu.* quæ ibi Gratianus in Glossa de *Anastasio* Pōtifice commemorant, nempe fuisse hæreticum, & Aghatium voluisse reuocare, & contra Canonica decreta approbasse sacramenta Baptismi, & Ordinis secundū quæ Achatus contulerat; tandemq; diuino nutu percussum, cū sint Gratiani, nullā in proposito faciunt fidem, imò si veritas historiarū diligenter inspiciatur, pace eius dixerim, qd falsissima sunt, & penè fabulosa, cum Achatus multis ante annis, tempore Felicis tertij, à quo tertius fuit Anastasius fuerit rebus humanis exemptus, vt latè ex *Euagrio*

*Pigb.**Bellarm.**C. Si Papa**p. 1.**C. Oues.**C. Anast.**C. Dicitu.**Gratian.**E  
N  
C  
P**C.  
an**B  
P**I*

*Eusagr.* Euagrio, Nicephoro, & alijs obseruat  
*Niceph.* Couas. libr. 4. var. cap. 13. vbi multis **A**  
*Couas.* alijs hunc errorem Gratiani conuin-  
*Pigb.* cit, quod ante etiam fecerat Pighius  
*C. Nunc autem.* dicto cap. 8. vbi proximè multam ad-  
*Bellarm.* uersus Gratianum excandescens in  
*Pigb.* iram, quod talem de Romano Eccle-  
*siæ præsule fabulam adscripsit. Tā-*  
*demque text. in d. cap. Nunc autē. 21.*  
*dist.* vbi de Marcellino dicitur idolis  
*sacrificasse non probat illum fuisse hę*  
*reticum, quia actu tanū externo*  
*ob metum mortis id fecit, vt inquit*  
*text. ibidem, ibi, à paganis adeò com-*  
*pulsus est, ideòque hæreticus, qui im-*  
*portat errorem intellectus, nullo mo-*  
*do potest censeri, vt optimè in pro-*  
*posito ostendit Bellarm. d. lib. 4. c. 8.*  
*Pighius vbi proximè.*

**4** Addo, quod si teneamus contra-  
 riam sententiam, nempè Pontificem,  
 vt priuatum posse esse hæreticū, imò,  
 vt aliqui Doctores opinantur, frustra  
 velle priuatam suam hæresim, alijs  
 etiam obtrudere; ex eo tamen nullū  
 errandi periculum toti Ecclesiæ im-  
 minere. nam si hæresis est manifesta  
 contra fidem iam statim Ecclesia cog-  
 noscet illum non esse pastorem suū,  
 & per hæresim ab auctoritate dece-  
 disse, supposita dicta sententia Con-  
 cilij Generalis, de criminе per eum  
 admisso, ac subindè cum sequi non  
 teneretur: si verò hæresis non sit ma-  
 nifesta Dei Optimi Maximi fidelitas,  
 qua ex promissione tenetur commu-  
 nem Ecclesiæ errorem impedire, ob-  
 stabit, quominus talis Pontifex Ec-  
 clesiam obliget ad illud, quod credit  
 recipiendum, vel illum de medio tol-  
 lendo, vel eius mentem illustrando,

*Ioan. 22.* vt cum Ioanne 22. fecisse, cū voletbat  
 definire animas sanctorum ante diē

iudicij diuinam essentiam nō intueri,  
 refert cius successor Benedict⁹, & latè *Bened.*  
 declarat Valent. dicto puncto 7. §. 41. *Valent.*  
 ad finem.

Dico tertio etiam cum communi  
 errare non posse Pontificem in ca-  
 nonizatione, seu beatificatione San-  
 ctorum, sumitur ex Gregorio in cap.  
 1. dist. 25. ex Bernard. epistol. 174. ad  
 Lugdunenses, & traditur à S. Thoma  
 quodlib. 9. artic. ultimo, Antonin. &  
 Cano citati, Bellarm. lib. 1. de sancto-  
 rum beatitudine, cap. 5. Azor tom. 2. *Bellarm.*

**B** lib. 5. cap. 6. q. 5. Valent. tom. 3. disp. 1.  
 q. 1. part. 7. §. 40. Vuald. tom. 3. tit. 14.  
 cap. 22. Castro de iusta hæreticorum  
 punitione cap. 6. Anconit. q. 14. Soar.  
 citat. & Torres disput. 16. dubio. 3.  
 Ratio est clara, quia hoc est quædam  
 pars valdè necessaria materiæ mora-  
 lis pertinens ad cultum, & religionē,  
 essetque intolerabilis error, venera-  
 ri, adorare, preces fundere, & pro in-  
 tercessore in cœlo apud Deum adhi-  
 bere hominem damnatum. Idem di-  
 co de Pontifice approbante aliquam  
 religionem, vide Soar. lib. 2. c. 17. to- *Soar.*  
 mo 3. de Religione, eundem 'de fide  
 suprà, & reliquos citatos pro conclu-  
 sione præcedente; nec non, S. Thom.  
 opusc. 19. cap. 4. & Bellarm. in lib. de *S. Thom.*  
 Monachis, quia hoc etiam spectat ad  
 materiam moralem valdè neceſſariā  
 in Ecclesia, quæ non solum debet  
 habere certitudinē in præceptis, sed  
 etiam in Concilijs, ac in via perfe-  
 ctionis. Vnde arguendus est Cano *Cano.*  
 lib. 5. c. 5. qui contrarium docere au-  
 sus est; licet à S. Thoma id iam nota- *S. Thom.*  
 tum esset temeritatis loco proximè  
 citato.

Dico quartò, Summum Pontificē  
 non posse errare in abrogandis legi-

bus sine iusta causa, quando leges ille necessariæ sunt populo Christiano, quia non potest errare in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, ut iam ostendimus; certum enim est Pontificē non posse errare in ferendis legibus approbando, seu proponendo Ecclesiæ, quod malum est, vel bonis moribus contrarium, ita etiam cum eadē proportione non potest errare abrogando legem, reprobando tanquam nudam, quod bonum est, vel bonis moribus utile; potest tamen aliquando esse excessus in multitudine legū, quia hoc pendet ex prudentia humana in particulari iudicante. Et ea-dē proportione possent leges nimī diminui, vel aliquādo abrogari eo tempore, quo erat utilis, quia hoc etiam pendet in particulari ex arbitrio prudentiali; nunquam tamen ita prouidente Spiritu Sancto id fiet cum notabili Ecclesiæ detimento. Soar. de legib. lib. 6. cap. 36. n. 7. idem de fide disput. 5. sect. 7.

7

Declarant tamen Doctores infallibilem hanc Romani Pōtificis in definiendo auctoritatem, solūm procedere in quæstionibus iuris vniuersalibus, tam fidei, quam morum, quæ vel inter ipsos orthodoxos, vel aduersus hæreticos de nouo oriuntur. Secūs autem dicendum esse in controuersijs facti particularibus, quæ ex informatione, testimonijisque hominum præcipue pendent; cum enim hæc sua natura falibilia, & incerta sint ita videtur, quoque in illis Pontificē posse errare, & falli, cum ex illis ad definiendum moueatur, vt satis probat text. in cap. *A nobis*, vers. *Nos igitur*, de sententia excommunicat. vbi Doctores Cou. d.c. 10. n. 12. in coq;

C. Anno  
bis.

Cou.

omnes Catholicos conuenire assertit Bellarm. vbi suprà, iuxta quam declarationem videbatur dicendum Summum Pontificem in Canonizatione sanctorum, & religionum approbatione posse errare; cum enim ille testimonij hominum, & probatione necessariò in his rebus nitatur, falso & aliquid videtur posse pronunciare. Ex quibus in Canonizatione sanctorum hanc sententiam tenet glossa in *Glossa*. cap. 1. de reliq. & vener. sanctor. lib. 6. *Felinus*. *Felin.* in cap. *Venerabili*, de testibus.

8

Cæterūm hoc non obstante, contrarium omnino tuendum est, & cōstantissimè afferendum, certum quoque esse, & infallibile Pontificis iudicium, tam in canonizandis sanctis, quam in religionibus approbandis, vt magis cōmuniter omnes ferè Catholici Doctores iure optimo concedunt. Ratioq; huius rei est; nam cum necessariò fatendum sit infallibilem Pontificis auctoritatem nō solam in doctrinæ controuersijs finiendis, sed

C etiā in ijs omnibus locū habere, quæ ad totius Ecclesiæ spirituale bonum, pietatem, & religionem spectat, alias enim diminuta esset illius auctoritas, neque Ecclesia, quæ est columna, & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3. 1. Tim. 3. ab erroribus esset immunis, taliaque sint sanctorum canonizatio, & religionum approbatio, vt potè quibus vniuersa Ecclesia cogitur aliquē tanquam sanctum venerari, & credere, & insuper aliquem vitę institutum, vt euangelicæ perfectioni consentaneū amplecti, quæ maximè conducunt ad totius Ecclesiæ ædificationem, & spirituale bonum, consequens necessariò est dicere Pōtificem in illis nullo modo errare posse, vt latius profundatur

D

*Valent.* quuntur Valent. & ab eo citati d. pū-  
*Bellarum.* cto 7. §. 41. Bellarm. i. tom. centur. 7.  
*Couas.* generali libr. i. de Sanctis, cap. 9. &  
 multis, Couas. d. cap. 10. nu. 13. & su-  
 prà citati Doctores.

9 Neque etiam obstat, si dicas Con-  
 cilium generale esse regulam infalli-  
 bilem in doctrina fidei, & morum:  
 ergo non est Pontifex; respondeo,  
 Concilium non esse tale, nisi appro-  
 batum à Pontifice, & ideo Pontifex  
 est huiusmodi regula, modò per se  
 solus, modò per Doctores suos, simul  
 cum sua approbatione docens. Nec  
 tandem aduersus hanc veritatem, vt  
 suprà obiecim⁹, imprimis aliquod est  
 incōueniens, testimonia illa, quæ pro  
 alicuius hominis sanctitate afferun-  
 tur esse humana, ideoque natura sua  
 fallibilia, posito enim, quod Pontifex  
 illis tandem inducatur ad pronunciā-  
 dum quempiam sanctum esse, atque  
 beatum, certa fide credendum est, illa  
 vera esse, hominemque illum in bea-  
 torum numero posse collocari. Ne-  
 que deinde obstat religiones aliquas  
 priùs approbatas, postinodium impro-  
 batas, & explosas esse, vt patet ex ca-  
 pite vnicō de religiō. domib. lib. 6. &  
 in Extrauag. Sancta Romana, eod. tit.  
*C. Vnicū.*  
*Extrav.*  
*Sancta.*  
*Ioan. 22.* Ioan. 22. quod in aximum signum est  
 nō omnino infallibile esse illud, quod  
 Pontifex in illis approbandis deter-  
 minat; ad perfectam enim huius rei  
 cognitionem distinguendum est; vñū  
 esse Pontificem institutum aliquod  
 vitę, tanquā bonum approbare, quod  
 in ipsius iudicio, & definitione positū  
 est; alterum verò tali vitę instituto  
 suum locum tanquam religioni tali  
 tempore, & circumstantijs in Ecclesia  
 concedere, quod ad quandam Ponti-  
 ficiis prudentiam in gubernando spe-

A ctat; licet autem cum Valentia, vbi *Valent.*  
 proximè alij etiā refragētur, in vno,  
 & altero concedamus, Pōtificem er-  
 rare non posse cum vtrunque ad to-  
 tius Ecclesiæ ædificationem, & bonū  
 pertineat, quia tamen secundum ex  
 personarum, temporum, & rerū cir-  
 cumbentijs, pendet, illæque sæpè mu-  
 tantur, concedendum est rectè in se-  
 cundo casu euenire posse, vt quæ re-  
 ligio, prius benè, ac prudenter fuerat  
 approbata, poitea item benè, ac pru-  
 denter rejciatur, nec proindè ex eo  
 sequitur in illius approbatione Pon-  
 tificem aliquando errasse; optimèq;  
 procedunt, & intelliguntur iura suprà  
 citata. Nec tādē in cōtrariū facit loc⁹ *D. Aug.*  
*D. Aug.* vbi certitudinem hāc de san-  
 ctorum beatitudine videtur impro-  
 bare, inquiens, *Multorum corpora ve-*  
*nerantur in terris, quorum animæ tor-*  
*quentur in gehenna.* Faciliè eliditur;  
 nam vltra quam quod, locus iste non  
 sit D. Augustini; illum enim in suis  
 operibus non reperisse, testatur Bel-  
 larm. d. cap. 9 in fine optimè intelli-  
 C gari potest cum Couas, vbi proximè, de  
 impiorum corporib⁹, qui superbis-  
 simis sepulchrīs honorantur in terra,  
 cum tamen eorum animæ in inferno  
 torqueātur, vel aliter, & aliter, vt per  
 Bellarm. & Cou. vbi proximè. Addo *Bellarum.*  
*Couas.*  
 quod quanvis inter omnes Catholi-  
 cos certum sit, Pontificem in cano-  
 nizandis sanctis nō posse errare, san-  
 ctumque ab eo canonizatum in cœlo  
 esse, quia tamen inter omnes hoc, nō  
 ex fide certum est, vt opinatur Cano  
 de locis lib. 5. cap. 5. Neque ab Eccle-  
 sia hæc doctrina, tanquam ex fide  
 certa tradita sit: ideo si quis negaue-  
 rit D. Franciscum, v. g. esse in cœlo,  
 non propterā apertè hereticus repu-  
 tatur,

130 Prima pars Relect. de Ecclesiastica Hierarchia.

tatur, ut enim talis sit necessariū est, quod neget aliquid, quod scit, vel sci-  
re debet esse contra sententiam ab Ecclesia traditam, tanquam de fide, sine vīla apud Orthodoxos contro-  
uersia, quod in proposito non con-  
tinget, esset tamen temerarius, & scā-  
dalosus, vt vtrunque eleganter com-  
probat Cano d. cap. 5. vbi suprà, &  
prosequitur Valentia dicto loco.

Supereft tandem, vt pro absoluta,  
& perfecta huius materiæ veritate, &  
cognitione, infallibiliq; Summi Pon-  
tificis iudicio aliquos errores vendi-  
cemus, qui falsò ab aduersarijs hære-  
ticis Hierarchiæ Ecclesiasticæ præsi-  
dibus adscribuntur, & quanquā hunc  
articulum omnes Pontifices ex Diuo  
Petro percurrens latissimè, & elegā-  
ter præstiterit Bellarmin. dicto lib. 4.

*Bellarmin.* de Romano Pontifice ex cap. 8. cum  
sequentibus, Pighius d. lib. 4. cap. etiā  
8. Cano de locis Theolog. lib. 6. cap.  
ultimo, & alij, vbi latè videri poterū;

*Pighius.* nos tamē cum Valentia dicto §. 41.  
de his solū agemus, quæ in nostro  
iure reperiuntur expressa. Primò igitur  
Magdeburgenses centur. centu-  
ria. 5. cap. 10. arguunt Innocentium

Primum, quod in cap. Arrianos, prima  
quæstionē prima, scripsérunt, ratū qui-  
dem esse Arrianorum baptismum, sed  
non conferri per eos Spiritum San-  
ctum, sicque videtur velle efficaciam  
sacri baptismi pēdere à bonitate mi-  
nistri, contra Ecclesiæ communem  
doctrinam. Cæterū respōdetur In-  
nocentium eo loci agere, & loqui, vt  
ijs qui baptizantur, vel ordinantur ab  
hæreticis, cum sint ipsi etiam hæreti-  
ci; huiusmodi enim verè recipiunt sa-  
cramentum baptismi, vel ordinatio-  
nis, sed non recipiunt Spiritus Sancti

*C. Ari-  
nos.*

A gratiam, quæ in hæreticis esse non  
potest, vt rectè intellexit glossa ibidē, *Glossa.*  
& eam sequutus Bellarmin. d. libr. 4. *Bellarmin.*  
cap. 20. versic. ad 2. Secundò, ijdem  
Magdeburgenses centur. 8. cap. 10. ac-  
cusan Grégor. 3. qui in cap. *Quod pro-  
posuisti.* 32. q. 7. permisit viro ducere *Ca. Quid  
propose.*

aliam vxorem, similiter infirmitate  
correpta, debitum ei coniugale red-  
dere non valeret; & sic matrimonia  
fidelium ob istā causam dissolui pos-  
se, contra doctrinam Euangelij, de  
qua in cap. *Ex publico*, de conuers. cō-  
B iug. vt etiam ibidem Gratian. adno-  
tauit. Sed licet hic textus varios pa-  
tiatur intellectus, vt per gloss. verbo  
*Junioris*, in cap. *de libellis.* 20. dist. Ca-  
no de locis Theolog. lib. 6. ca. 8. asse-  
rentium agere de arcta, cum qua nul-  
lum fuit matrimonium, cap. *Frater-  
nitatis*, de frigid. & malef. & de matri-  
monijs infidelium, eum intelligat Le-  
desm. 2. quarti, q. 19. conclus. 4. Cum *Soto.*

qua opinione conueniunt Soto in 4.  
dist. 33. q. 1. art. 2. in fine, Menoch. de *Menoch.*  
arbitr. l. 2. centuria. 5. casu. 420. n. 95.  
*Bellarmin.* lib. 1. de matrimonio c. 11. in *Bellarmin.*  
fine, & lib. 4. de Pontifice cap. 12. col.  
1. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 80. n. *Sanch.*

C 16. vers. ad quintum, qui dicūt prio-  
rem non fuisse legitimam vxorem ob  
impedimentum perpetuum, idq; so-  
lum declarasse Pontificem; et si obij-  
ciatur non videri iudicare prius ma-  
trimonium nullum, cum dicat nō de-  
bere vīru à priori vxore debitū subsi-  
diū auferre, respondent cum glossa *Glossa.*  
verb. *Nbras.* intelligi de dote restitu-  
enda: aut si de alio subsidio accipia-  
tur esse concilium. Verius videtur,  
vel dicere cum glossa ad verbum *ina-  
ne*, in cap. *Siquis suprà*, eadē dist. Cou.  
desponsalib. 2. p. cap. 7. §. 3. n. 5. Ponti-  
ficem

*Cano.*

10

*Bellarmin.*

*Pighius.*  
*Cano.*

*Valent.*

*C. Ari-  
nos.*

*Canons.*

*C. Exp-  
blico.*

*Gratian.*  
*Glossa.*

*Cano.*

*Cap.  
pubb.*

*Ledesma.*

*Soto.*

*C. A-  
dam.*

*C. A-  
dam.*

*C. I-  
nodo.*

*Vua-*

*Glossa.*

*Couas.*

ficem non approbare secundum matrimonium, sed agere tātūm de quādam comparatiua permissione; hoc est, minoris mali ad vitandum maius, quod poterat occurrere, idque ex eo, quia Angli, quibus ea permīssio facta fuerat, recentes adhuc erant in fide, nec ab his secundis nuptijs abstrahi poterant absque graui metu, quod à fide recederent; ideoque illa permissione etsi fuerit peccati, pro illo tempore iusta fuit, ut profitetur idē Gregor. in cap. *Quedālex.* 3. q. 2. vel morbum illum superuenisse post matrimonium tantum ratum, nec dūm consummatum; quo casu rectè Pontifex ex modo adductis, poterat per dispensationem matrimonium illud dissoluere, alijq; nubendi licentiā tribuere,

**Cap. Ex publico.** iuxta receptam nostrorum sententiā cum gloss. in cap. *Ex publico*, de conuers. coniugat. vbi cæteri scribentes.

Tertiò nonnulli reprehendunt Nic. colam primum; quia, ut refertur in **C. à quo.** *dam Iud.* cap. *à quodam Iudeo*, de consecr. dist. 4. asserit non esse illum rebaptizandum, qui in nomine Christi tantum fuerit baptizatus; de quo principalis quæstio erat; cum contrarium; imò baptismum non esse ratum in nomine Christi expressum sit à Pelagio in

**C. Multi** cap. *Multi*, Zachar. in cap. *In synode*, **C. In sy-** & sāpē alibi eadem dist. Verum quicquid sit de ea quæstione, vtrūm valcat baptismus in nomine Christi? de qua modō disputare non vacat, & latè tradit Vuald. in Candelabr. tit. de baptismo n. 32. Dicendum est Nicolauim in eo textu solūm definiuisse non esse illum rebaptizandum, proptereà quod fuit à quodā Iudeo baptizatus, de quo principalis quæstio erat; valere autem baptismum in no-

mine Christi obiter ipse ex opinione sua nihil in hoc definiendo adiunxit, sequutus in hoc, vt ipse ibidem ait, Ambrosij sententiam lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3. quam quidem, etsi concedamus falsam esse, quod negat Vuald. vbi suprà cum glossa ibi, hæretica tamen non est, cum nulla in hac

*Ambros.*

*Glossa.*

re inueniatur certa Ecclesiæ traditio. Et text. in d. cap. *Multi*, & in d. cap. *C. Multi* *In synodo*, præter quamquod sint val- **C. In sy-** dè suspecti, nullamq; habeant aucto- ritatem, ut optimè comprobat Bellarm. explicans hunc textum d. lib. 4.

*Bellar.*

cap. 12. solūm definiunt non esse ratum baptismum sine inuocatione triū diuinarum personarum, nec tamen declarant, vtrūm implicitè, an verò explicitè debeant nominari? sicque proindè videtur sufficere, iuxta sententiam Ambrosij, & Nicolai, hic implicita in uno tantum Christi nomine omnium aliarum personarum facta nominatio, ut illos Canones D. Bernard. & Hugo de sancto Victor. intellexere. Quartus est Cælestinus

*Ambr.*

*Nicol.*

**C** 3. quem Alphonsus de Castro lib. 1. de hæresi cap. 4. affirmat non posse ab hæresi excusari, quod senserit matrimonium dissolui inter fideles, si alter coniugum labatur in hæresim, eiusque decretum dicit extitisse in antiquis decretalibus sub cap. *Laudabilem*. de conuersione infidel. cuius *bilem*. tamen contrarium definit Innocent. in cap. *Quanto* de diuortijs, inferens prædecessorem suum aliter sensisse, quod gloss. ibidem de Cælestino 3. intellexit, & poste à idem statuit Trident. sess. 24. canon. 5. Cæterum his non obstantibus respondendum est, quod si Cælestinus hoc sensit (de quo tamen dubitamus), cum in dicto cap.

*D. Bern.*

*Hugo.*

*Cælest. 3.*

*Castro.*

*Glossa.*

*Trident.*

*Lauda-*

*Laudabilem nihil tale reperiatur, & de diuersa quæstione Pontifex ibi fuerit interrogatus) illud non definiuisse, sed ex priuata sua opinione obiter existimasse, dum adhuc res non esset in Ecclesia decisa, sed tantum in opinione posita, ut satis indicant verba illa Innocentij in d. cap. *Quanto*, ibi, *licet quidam prædecessor noster aliter sensisse videatur*. Ex quibus colligitur usque ad illa tempora rem fuisse in Ecclesia controuersam, & in opinionibus positam.*

*Alex. 3. accusat. Ca. Cum effes.*

Quintò *Alex. 3.* accusatur, quod in cap. *Cum effes* de testamento scripsit à diuina lege sanctorum Patrum institutis, & generali Ecclesiæ consuetudine esse alienum, ut testamenta non valeant, nisi septem testibus exhibitis, cū tamē hoc positū sit in praxi toti' orbis Christiani. Respondeatur autem Alexandrum ibi per eas rationes non voluisse improbare leges humanas septem testes in testamentis requirentes, quæ aliás in suo foro iustissimæ sunt, sed tantum consuetudinem illam, quæ in Hostiensi Episcopatu, & sic in terra subiecta Ecclesiæ, vbi ius Canonicum erat obseruandum aduersus generales regulas sanctorum, Canonum, & Romanæ Ecclesiæ consuetudinem generali introduxerat, ut leges ciuiiles seruarentur, ut patet ibi, *Scriptam consuetudinem improbamus*; dum autē textus ille sentit prædictas leges ciuiiles esse alienas à lege diuina, *in ore duorum, vel trium, &c.* De qua Mat-

*Mat. 18. thæi. 18.* & refertur in cap. *Nouit*, de *C. Nouit.* Iudicijs; sicquè eas omnes nullas esse, cum nulla lex humana contra diuinam valere possit, ex regul. cap. *Sunt quidam. 25. q. 1.* Quod tamen videtur

*Ca. Sunt quidam.* absurdum; dicendum est eam legem

non esse diuinam, cum sit judicialis.

A *Deut. 17.* quæ iam expirauit, nequè tanquam tales à Pōtifice hīc adductam, sed potius esse Canonicam, & à Pontificibus approbatam, quæ nihil legibus ciuilibus in suo foro derogat. Vndē dum Pontifex illam ad cōprobandam consuetudine expendit, vult dicere, propterea consuetudinē non esse seruandam, quia est aliena à lege diuina per sanctorum Patrū decreta, & generalem Ecclesiæ consuetudinem recepta. Sextò, idem Alex-

*xander tertius erroris arguitur, quod dum in cap. *Licet*, de sponsalib. duorū definierit matrimonium de præsenti non irritari per secundum cū copula consummatum; addit ita esse tenendū; licet prædecessores sui aliter iudicauerint, cum tamen illud, quod Alexander statuit Romanā sedē tenuisse afferat Innocent. in cap. vlt. eod. tit. nequè contrarium unquam cōtra legem diuinam potuerit iudicare. Sed omisso intellectu Valentij dicto pūcto. 7. §. 41. ad finem; nempe quod*

*Innocent. Cap. vlt. Valent.* C Pontifex loquatur, per quādam exaggerationem; respondetur Pontifices Alexandri prædecessores nunquam definiuisse matrimonium primū ratū dissolui per secundum consummatū, sed solum prætextu cōsuetudinis, de qua in dicto cap. vltimo, aliquando permisisse permanere secunda matrimonia contracta, & consummata post primum de præsenti, idquè dispēsan- do in vinculo prioris matrimonij rati, ut recte ex causa facere possunt.

D Et quia Alexandro huiusmodi consuetudo diuturna, & veluti à quibusdam Pontificibus approbata obijciebatur; ideo, ut videtur innuere Gloss. vltim. ibi dixit, *Quanvis aliter à quibusdam*

*Glossa.*

*Innoc. 3.* *Cap. Per* *venerab.* *busdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum.* Septimò, Innocen-

tio tertio obijcitur, quod in capite *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi docuerit legem veterem non dum esse abrogatam, adducens enim quādam auctoritatē Deuteron. ad cōfirmandū decisiones quæstionū de fide ad Pontificē pertinere. Sanè, ait, cum Deut. l. 2. interpretetur ex vi vocabuli, cōprobatur, vt quod ibi decernitur in nouo testamēto debeat seruari, quod quidē planè pugnat cū veritate catholica, & ijs, quæ notantur in cap.

*C. Translato.* *Translato, de Cōstitut.* Cæterū facili-  
mo negotio respondetur, Pontificē non voluisse Deuteronom. hodiè de-  
bere seruari ad literam, tanquam le-  
gem obligantem, sed eatenū tan-  
tum, quatenū, quæ in eo diceban-  
tur, figuræ erant eorum, quæ hodiè in lege Gratiae fieri præscribuntur. Vnde dum inquit Deuteronomium secundam legē interpretari, & quod ibi decernitur in nouo testamento seruari deberi, ex eo procedit, quia cum contineret multa ad legem nouam figuratē pertinentia, quodammodo quasi in sua prototypo serua-  
*Bellar.* tur, vt eleganter declarat Bellarmin.  
*Valent.* & Valentia vbi proximè.

*12* *Nicol. 4* *C. Exiit.* Ultimò tandem Nicolaus quartus reprehēditur, quod in cap. *Exiit*, de verborum significat. libr. 6. definierit Christum perfectam paupertatem, quæ consistit in abdicatione rerum, tam in particulari, quam in communi exemplo, & verbo docuisse; cum tamen Ioannes 22. in Extrauagant. *Extrav.* *Cū inter.* Cum inter nonnullos, eodem titulo, expressè declarauerit hæreticum esse dicere Christum talem paupertatem verbo, aut exemplo docuisse. Sed re-

lictis ijs, quæ Turrecremat. librō 2. *Turrecr.* A Summ. cap. 112. in conciliandis his Pontificibus conatur adducere, di- cendum est, Nicolaum non voluisse dicere Christum omnino nunquam habuisse proprium, nec in particula- ri, nec in communi, quod solum tanquam hæreticum, meritò damnat *Ioan. 13.* *Ioann. 22.* cum ex Ioāne 13. expref- sè appareat, eum habuisse loculos, ex quibus in communi cum discipulis viuebat, sed tantum Nicolaus dicit, quod aliquando perfectissimam illā paupertatem verbo, & exemplo do- cuit abdicando se in communi, & in particulari à proprietate aliquarū rerum, vt suam ipse Nicolaus senten- tiam satis declarat, & posteà Bellarm. *Bellar.* *d. cap. 14.* *Valent. d. §. 41.* dictis locis, vbi multos alios errores, quæ Pontifi- cibus ab hæreticis obijciuntur, ele- ganter ab eorum mendacijs, & cau- lationibus vendicant.

*13* Deindè ampliant Doctores usque adeò Romani Pontificis iudicium in definiendis rebus fidei, & morum certum esse, vt ad hoc non te- neatur præcisè Concilium, aut Patres cōsulere, aliamvè diligentiam, aut studium necessariò præmittere. Ra- tio huius rei ea est, quia cum Spiritus Sancti assidentia, perpetuaq; in do- cendo veritas ei soli promissa sit: *Ego rogavi pro te, &c.* vt suprà demonstra- uimus, neque consultatio, aut alia diligentia ab eo exigatur, necessariò dicendum est illum solum verita- tē infallibiliter posse statuere. Ac- cedit, quia alijs magna esset in Eccle- sia perturbatio, neque fideles possent certificari, Vtrūm ea, quæ Pontifex definit vera sint, & ritè definita, cum nulla ratione possit constare, an suf- ficien-

ficientem adhibuisset diligentiam, vel omnes ritè in Concluum vocasset. A Ex quibus, & alijs fundamentis hanc declarationem communiter amplectuntur Doctores cum Diuo Thoma lib. 4. contra gentes cap. 76. Caetan. de potestate Papæ cap. 9. Hosius lib. 2. contra Bruntium, traditur à Diuo Augustino sermone 4. de D. Petro. Quanvis autem prædicta diligentia, & studium necessarium non sit ad veritatem omnino, & infallibiliter statuendam, nihilominus tamen, ut recte, & conuenienter Pontifex hac potestate utatur diligentiam necessariò tenetur præmittere ad veritatem inueniendam, alias secundum prædictos Doctores mortaliter peccabit; licet enim certitudo sua ab hac diligentia absolutè non dependeat; occasionem tamen præbet reliquis fidelibus illius decreta contemnendi, tanquam ab homine leui absque consilio inculcata; in quo ratio peccati cōsistit. Quod si quis tenere velit omnino necessariam esse diligentiam, & studium Pontifici, ut non solum absque culpa, sed etiam absolutè, & verè definiat (quod nos non admittimus cum Soario de fide disp. 5. scđt. 8. per totam) dicendū est nunquam fieri posse, vt illo debitam diligentiam prætermittat, repugnante Christi promissione, qua illum nunquam à veritate aberrare promisit, vt exemplo prædestinati, qui non solum beatitudinē nequit amittere; sed nec etiam ea potest omittere, quæ ei necessaria sunt ad illam consequendam, notauit Cano de lacis Theolog. D lib. 5. cap. 5.

## §. V.

*Quid possit Summus Pontifex, & in quos?*

S. Thom.  
Caet.

Hosius.

D. Aug.

Soar.

Cano.

## SUMMARIUM.

- 1 Qualis sit potestas suprema Pontificis, & circa quæ versatur.
- 2 Summus Pontifex habet supremam potestatem legislativam circa successionem, & electionem pontificatus.
- 3 Summus Pontifex de plenitudine potestatis potest per se eligere successorem.
- 4 Ad fundamenta oppositæ sententia respondetur.
- 5 Præter supremam in spiritualibus potestatem, quam directe, & principaliiter habet Summus Pontifex, supremam quoque in temporalibus minus principaliter, & indirecte obtinet.
- 6 In quos habeat Summus Pontifex potestatem.
- 7 Christiani Reges omnes gloriantur, hoc nomine, & Christianissimi alij, alij Catholici cognomento delectantur, qui omnes Reges, principesq; saeculares Christiani, sunt Pontifici Romano spiritualiter subiecti.
- 8 Potestas regia, siue persona regum, ut reges sunt Pontifici Romano subiecti.
- 9 Summi Pontifex ratione spiritualis potestatis, quam in reges habet, potest illos dirigere, punire, & regno priuare, si hoc expedit.
- 10 Auctores Galli hanc sententiam confirmantes recitantur.
- 11 Hispani auctores in eiusdem rei confirmationem connumerantur.
- 12 Germani etiam annexuntur.
- 13 Concilia, quæ hanc veritatem docuerunt, afferuntur.
- 14 Antiqua Ecclesiæ praxi, & innumeri exemplis eadem veritas stabilitur.

Potestas

**P**otestas Pontificis versatur in multis materijs; habet enim supremam potestate in iurisdictionis in foro sacramentali, de qua tractari solet à Theologis in materia de pænitentia. Habet etiam supremam iurisdictionem legislatiua in foro externo ecclesiastico, de qua agunt Theologi in materia de legibus, de voto, de iuramento, ut dispensatiua est; ut coactiuia in censuris, ut distributiua indulgentiarum, in proprijs tractatibus. Ex huiusmodi locis peti debent, quæ ad primam partem tituli, §. huius spectant, est enim per se patens habere Pontificem supremam potestatem in foro sacramentali. *Quodcunque ligaueris super terram, &c.* Item in foro externo spirituali, & ecclesiastico legislatiua, siue directiuam, coactiuam, dispensatiua, quæ pertinent omnia ad perfectū pastoris munus. *Pasce oves meas.*

**2.** Duo tamen circa supremam potestatem Summi Pontificis legislatiua hic agendum duxi; nam de alijs latissimè tractari solet à Doctoribus in peculiari cuiuslibet materiæ tractatu, ut suprà diximus. Primum est circa successionem, & electionem in supremo illo gradu Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Secundum est circa designationem successoris Romani illius pontificatus. Quod attinet ad primum, dico; Cum ratio, & modus succedendi in supremo pontificatu ad gubernationem totius Ecclesiæ, illiusque conseruationem, maxime spectet, illi plenam in hoc concedere debemus potestatem, cui totius Ecclesiæ iurisdictio, & regimen à Christo Domino fuit concessum; sed vñus, idemque Romanus Pon-

tifex totius Ecclesiasticæ Hierarchiæ caput, & fundamentum ab eo fuit constitutum, & penes eundem supremam ecclesiastica potestas collata: ergo ad illum prædictum ius, & potestas necessariò pertinere debet. Accedit, quia pañim in nostro iure videmus plura Pontificum decreta circa successionem, & electionem Romani Pontificis modum præscribentia, ut constat ex cap. *Licet de vitanda de electione, cap. Vbi periculum codē* C. Licet. Cap. Vbi titul. cum multis alijs ibidein, quæ periculu.

**B**satis apertè demonstrant supremam in hoc potestatem eisdem necessariò competere; cum enim ex modò dictis constet supremam circa hoc potestatem soli Romano Pontifici competere, necessariò consequitur eam tantum formam in hoc esse obseruandam, quam Pontifex ipse præscriperit, neque ius eligendi alijs preter illos, quos Pontifex statuerit, posse conuenire. Neque in contrarium faciunt plura iuris decreta, quæ electionem Prælatorum, ac etiā Summi Pontificis, tanquam Romani Episcopi ad vicinos Episcopos, Clerum, & populum pertinere statuunt, vt in in capite I. 23. dist. & in cap. *Nulla*, cum sequenti. 62. dist. de quibus iam suprà diximus: nam respondetur nihil aliud concludere, quam ius illud ex Constitutione Pontificum eotem ad illos spectasse. Cæterum ex Pontificum etiam constitutionibus, postea perijisse, qui pro temporum diuersitate alios, atque alios modos possunt instituere. Inter quos modos ille potior censendus est, & seruari debet, qui à Summis Pontificibus nouissimè fuerit præscriptus, prout hodiè in Romana Ec-

**C**electionem Prælatorum, ac etiā Summi Pontificis, tanquam Romani Episcopi ad vicinos Episcopos, Clerum, & populum pertinere statuunt, vt in in capite I. 23. dist. & in cap. *Nulla*, cum sequenti. 62. dist. de quibus iam suprà diximus: nam respondetur nihil aliud concludere, quam ius illud ex Constitutione Pontificum eotem ad illos spectasse. Cæterum ex Pontificum etiam constitutionibus, postea perijisse, qui pro temporum diuersitate alios, atque alios mo-

**D**dos possunt instituere. Inter quos modos ille potior censendus est, & seruari debet, qui à Summis Pontificibus nouissimè fuerit præscriptus, prout hodiè in Romana Ec-

clesia obseruatur ille, quem Pontifices statuerunt, nempè, vt ille Pontifex creetur, qui à duabus partibus Cardinalium (qui ad hoc legitimi sūt electores designati) fuerit electus, vt constat ex decreto Alexandri tertij in dicto cap. *Licet de vitanda. de electione.*

**C. Licet.** In eo tamen inter Doctores est controuersia. Vtrum virtute prædictæ potestatis possit Pontifex per se eligere successorem, quod est nostrū secundum punctum? In qua quæstione, licet negatiuam partem tueatur

**Turrecr.** Turrecremata libro 2. summ. cap. 51. cum Glossa in capite *Cum Apostolica.*

**Glossa.** **Archid.** **S.** *Qui in omnibus.* 8. quæstione prima, quam sequuntur Archidiacon.

**Ioā. And.** in capite *Si transitus.* 79. distinction.

**Abbas.** Ioannes Andreas, & Abb, in dict. capite *Licet*, numero secundo, vbi dicit

**C. Episco po.** communem ex eo imprimis, quia in cap. *Episcopo.* 1. & 2. 8. quæstione pri-

ma, Concilium Antiochenum, & Romanum sub Martino Papa expressè decernunt irritam esse, & illicitam eam electionem, qua Episcopus successorem designat. Et deinde, quia videtur disponere in tempus, quo nō

est futurus Papa iuxta regulam legis,

**L. Eum** *Eum, qui, ff. de iurisdictione omnium iud. Nihilominus* tamen ex dictis cōtrarium est tenendum, imò Pontificem de plenitudine potestatis, posse per se eligere successorem, neque vniuersalis Ecclesiæ cōsensu electionem posse irritare; cum enim suprema in hoc potestas, iuxta supradicta ei competat, nullaque sit ratio, vel locus sacræ paginæ; vel aliud traditione confirmatum testimoniu, quod illi eligendi per se successorem auferat potestatem; necessariò consequi-

tur nullo modo esse auferendam. Ac A cedit deinde textus expressus in dicto cap. *Si transitus*, ibi, *Si transitus* C. *Si tri- Papæ inopinatus euenerit, ut non possit de- situs.* sui electione successoris antè decernere; ex quo, & testimonio Zacharie, idem in alijs Episcopis probat Gratianus in initio 8. quæstionis 1. Facitq; tandem similitudo beati Petri, qui, vt ad idem propositum refertur in cap. *Si Petrus* C. *Si Pe- eadem quæst. successorem Clemens trus.* tem designauit. Vnde non est, cur ea- dem potestas in alijs Pontificibus de- negetur.

**B** Ex quibus, & alijs fundamētis hāc sententiam Caiet. sequitur tract. 1. de potestate Papæ cap. 13. Victoria in posteriori relectione de potest. Ecclesiæ n. 23. & plerique alij Theologi. Neque obstant superiora fundamen- ta. Primum enim desumptum ex au- C etoritate Conciliorum non ligat Pō- tificem, qui suprà Concilia potest disponere, vt iam ostendimus, imò si rectè expendamus, tex. solum loqui- tur de Episcopis inferioribus, quorū nomine Papa non comprehenditur.

Ad secundum dicendum est Pontifi- C cīs dispositionē in hoc casu, etiā post mortem suam valere, suadēte sic ec- clesiastica gubernatione, cum prouideat in casu, quo successor adhuc pro uidere non potest. Non negauerim tamen non expedire Ecclesiæ Dei, vt Pontifex per se non eligat suc- ce- sorē ex rationibus adductis per textū in dicto cap. *Episcopo*, cum sequentib. 8. q. 1. Et ex eo, quia cum sæpè pos- D sint dari affectiones carnis, & san- guinis, eueniret multoties, vt re- gimen Ecclesiæ ad ineptissimos ho- mines transiret, Pontificatusque hæ- reditarius fieret, repugnante totius Eccle-

Ecclesiæ bono, & Innocentij Constitutione, de qua in cap. *Apostolica. 8.* q. I.

Præter supremam in spiritualibus potestatem, quam directè, & principaliter habet summus Ecclesiasticæ Hierarchiæ præses, seu Romanus Pontifex, ut hucusquè probauimus, supremam quoque in temporalibus minus principaliter, & indirectè obtinet, quatenus scilicet id exigit finis supernaturalis, & in ordine ad bonū spirituale. Probatur ratione: nam certissimum est, attētis Philosophiæ, & vtriusque iuris regulis, principiū, quod, sicut ei cui committitur finis, committuntur etiam media ad illum necessaria; ita cui potestas aliqua, vel iurisdictio conceditur, nisi aliud obstat, omnia cōceduntur, sine quibus, vel nullo modo, vel non sine maxima difficultate, talis iurisdictio exerceri potest, ut eleganter probat textus in leg. 2. ff. de iurisdict. omnium Iud. cap. Præterea, de officio delegati, cum vulgaribus; idque multò certius locum habet, si ea media non solum ad minorem, & inferiorem specent potestatem, verum etiam ad subordinatam, & subalternatam superiori principaliter concessæ, iuxta tradita in dicta lege secunda; atqui supremo Ecclesiasticæ Hierarchiæ Præsidi summa spiritualis potestas in ordine ad finem supernaturalem à Christo Domino fuit concessa, ut modò diximus, & hæc rectè expediti non potest, nisi etiam Summus Pontifex in ordine ad illum finem, aliquam in temporalibus exerceat potestatem: ergo necessariò fatendum est illam etiam à Christo Domino eidem fuisse concessam, præ-

sertim cum illa eidem non solum inferior, sed etiam subalterna, & subordinata sit, quatenus supernaturalis finis exigit, ut exemplo Solis, & Lunæ eleganter ostendit Pontifex in capite *Solitæ*, de maiestate, & obedientia. Accedit etiam in hanc sententiam expressum Pontificis testimonium sic intelligendum in capite *Per venerabilem*, ibi, in alijs regionibus temporalem potestatem casualiter exercemus; qui filii sint legitimi; & in capite *Causam* secundo. Et quia alias

B manca, & imperfecta esset spiritualis potestas, & Deus in Ecclesia sua in necessarijs defuisset, contra illud vulgare, *Dei perfecta sunt opera.*

Et *Lucæ 22. Quando misi vos, & ceterum* nunquid defui vobis, cum multis alijs fundamentis; ex quibus hanc tanquam medium inter duas nostrorū, & Theologorum in hac re contrarias sententias, quas non curo referre, sequuntur *Turrecremat*, libro 2. de Ecclesia, *Bellarmino*. libro 5. de

C potestate Pontificum, capite 4. & 6. *Molina* tractatu secundo de Iustitia, disput. 29. & passim alij nouiores, qui secundum eam prædictas conciliare nituntur. *Soarius* contra Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap. 1. per totum, idem de Legibus lib. 3. cap. 1. cum sequentibus.

D Restat igitur tantum inquirendū, in quos habeat hanc potestatē, tam multiplicem, & amplam? Et sanè responsio facilis est ex dictis. Nam si quatenus Pastor, & propter officium pastoris accepit potestatē, proculdubio potestas in oves est concessa, quas debet dirigere, & deuiantes coercere, ut redeant in viam salutis. Cæterū, quia de principiis sacer-

*C. Solita*

*C. Perve  
nerabil.*

*C. Causā.*

*Turrecr.  
Bellarm.  
Molina.*

6

laribus in hac materia sunt multa nostris temporibus valde controversa, omittam reliqua omnia, ut manifesta, & vbiique obvia, solumq; de Principibus tria vocabo in quæstionem. Primum, an personæ Regum, Principumque sacerdotalium Christianorum sint Pontifici Romano spiritualiter subiectæ? Secundum, an potestas ipsa Regia, siue personæ Regum, ut Reges sunt, eodem modo Pontifici subiectantur? Tertium, an Pontifex ratione potestatis spiritualis in Reges, possit illos gubernare, non modo dirigendo, sed etiam puniendo, vel ad Regni spoliationem, si opus sit?

Quod attinet ad primum ratio manifesta conuincit ex dictis; ostensum est enim Pontificem esse summum Pastorem omnium oviuum Christi; Christiani vero Reges omnes gloriantur hoc nomine, & Christianissimi alij, alij Catholici cognomento delegantur: ergo, &c. Idem quoquæ probatur ex antiquissimis Concilijs, & Pontificum, Patrumque testimonijs; quibus tamen omnibus probationibus omisis, efficacissimam puto ipsorum omnium Principum, Regum, ac Imperatorum vocem communem iam ab initio nascentis Ecclesiæ, ab ipsis Pontificiæ maiestatis incunabulis, semper enim omnes una voce, & miro sacerdorum consensu Romanum Pontificem vocarunt patrem suum spiritualem, & pastorem animarum suarum; se vero filios obedientes, deuotos, & oves eius, idq; factis plerique probarunt. Ante omnes Philippus primus Christianus Imperator apud Eusebium Cæsariens. lib. 6. cap. 27. & apud Nicephorom Callist. lib. 5. cap. 28. Constantinus primus in donatio-

ne Occidentis facta Syluestro, eiusq; successoribus; Gratianus, Valentinianus, & Theodosius I. C. de summa Trinitate, & fide Catholica. Honorius ad Bonifacium Papam, Valentinianus 3. in epistola ad Theodosium Imperatorem, quæ habetur in Concilio Chalced. Valentinianus, & Martianus Augusti in epistol. ad Leonem Papam, Anastasius Imperator in epistola ad Hormisdam Papam: Iustinus ad eundem; Iustinianus ad Ioannem Papam, Iustinianus C. sum. Trinitate, & fide Catholica, B. Constantinus 4. Imperator epistola ad Domnum Papam, Carolus Magnus epist. ad Eliphandum Toletanum in priuilegio Ecclesiæ, Bremens. apud Crantzium lib. 1. cap. 7. lib. 1. legum Franciæ c. 167. & lib. 7. c. 235. Ludo- uicus, & Lotharius epistol. ad Eugenium Papam, Leo Imperator, Constantinopol. sermon. de S. Petro. Otho I. Imperator apud Gratianum dist. Gratian. 63. c. 33. Federic. I. Imperator epist. ad Emmanuel. Imp. Græc. Michael Palæologus epist. ad Gregor. 10. Andronicus Imper. Græc. epistol. quæ Græcè habetur in Bibliotheca Palatina, Sigismundus Imp. epist. ad Pontif. Romanum, quæ extat in appendice Concilij Basiliens. David. Imper. Aethiop. epist. ad Ioan. 3. Regem Lusitaniæ, & epistol. 1. ad Pontificem Romanum, & 2. epistol. ad eundem, Claudius Imperator Aethiop. epistol. ad Paul. 3. Papam, Carolus 5. in edicto Vuormatiensi; aliquos etiam ex Regibus in medium proferam. Athalarius in epistola ad Clerum Romanum, Kenulphus Rex Merciorum in Anglia in epistola ad Leonem 3. Papam, Lotharius Rex Frâcorum epistol. ad Adrianum 2. Carolus quoque Rex ad

Hugo. ad eundem, Hugo ad Ioannem Pap.  
 Eduar. R. Eduardus Rex Angliæ ad Nicolaum  
 Ludo. R. 2. Ludouicus Rex Fracorum ad Ale-  
 Reginald xandrum, Leo Rex Armeniæ ad In-  
 Car. Rex nocentium 3. Reginaldus Rex Insu-  
 S. Ludou. larum ad Honorium 3. Carolus Rex  
 Rex. Siciliæ ad Clementem 6. S. Ludou-  
 Vladisl. cus Rex Franciæ in documentis ante  
 Rex. mortem ad filium apud Guillielmum  
 Ladisla. Nangium, Vladislaus Rex Poloniæ  
 ad Ioannem 22. Ladislaus Rex Hun-  
 gariæ, & Bohemiæ in oratione habi-  
 ta Romæ ad Nicolaum 5. apud Cor-  
 nazum lib. 11. hist. Hussitarum, Sigif-  
 mundus Rex Poloniæ epist. ad Con-  
 cil. Lateran. Henric. 8. Rex Angliæ,  
 antequam desiperet in assertione 7.  
 Em. Rex. sacramentorum contra Lutherū ar-  
 Francisc. ticul. 2. Emman. Rex Lusitaniæ ad  
 Rex. Leonem 10. Franciscus Rex Bungi  
 Proth. R. Bartol. in Iaponia ad Gregor. 13. Prothasius  
 Sigism. 3. Rex Arimæ ad eundem, Bartholomæ<sup>o</sup>  
 Rex Omuræ ad eundem, Sigismun-  
 Hen. Dux dus 3. Rex Poloniæ ad Sixtum 5. Co-  
 Maxim. mites, & Barones Angliæ epistola ad  
 Bonifacium 8. Henric. Dux Hcluetiæ  
 ad Ioan. 22. Maximilianus Dux Ba-  
 uariæ ad Gregorium. 15. Itaque insa-  
 nus erit, qui Regum Christianorum  
 personas Romano Pôfici negauerit  
 spiritualiter esse subiectas, neq; enim  
 id ausus est etiam Guillielm. Bracklius  
 inficiari, vt constat ex Bellarm. ad illu-  
 responsione, & ex Soario contra er-  
 rores Anglican. lib. 3. cap. 21. n. 4.

8 Iam veniamus ad secundum, vt of-  
 tendamus Reges, etiam prout Reges,  
 siue secundum Regiam potestatē esse  
 Pontifici Romano spiritualiter subie-  
 ctos. Pars affirmatiua communis est  
 Orthodoxorū. Probatur, quia Chri-  
 stus vniuersalem animarum curā etiā  
 Regum, commisit vicario suo Roma-

A no Pontifici: ergo dedit illi perfectā  
 potestatem ad omnia, quæ necessaria  
 sunt ad hanc curam benè regendam,  
 vt naturalis ratio docet, & iura hu-  
 mana disponunt. l. 2. ff. de Iurisdict.  
 omn. iud. & cap. Præterea de officio  
 delegati. Deinde, quia esset inordi-  
 natum, duas esse in vna republica po-  
 testates, sine vlla inter se subordina-  
 tione: ergo Christus Auctor Chri-  
 stianæ Reipublicæ alteram subordi-  
 nauit alteri; nemo verò dicet spiri-  
 tualem subesse debere temporali, quia,  
 B vt benè D. Thomas 2.2. q. 60. art. 6.  
 ad 3. temporalis potestas se habet ad S. Thom.  
 spiritualem, sicut corpus ad animam,  
 & q. 40. art. 2. ad 3. dicit potentiam,  
 virtutem, vel artem, quæ respicit su-  
 periorem finem, habere sibi subiectas tingat.  
 facultates inferiores in ordine ad eū-  
 dem finem; at verò in republica Chri-  
 stiana, ita Deus vtranque potestatem  
 constituit, & attemperauit, vt vtranq;  
 ad populi æternam salutem direxe-  
 rit: ergo, &c. In hanc rem est cap. Cū (Relatū  
 contingat, de Iureiurando, cap. Licet, C. vlt.  
 de Iurelur. in 6. vbi Glossa verb. Ex-  
 commun. cap. de nuptijs, cap. Non debet,  
 de consang. & affinit. cap. Relatum, de  
 testam. cap. vltim. de præscriptionib.  
 cap. Posseſſor, de Reg. iur. in 6. Auth. Ca. Non  
 Ex complexu, C. de incestis nuptijs.  
 cap. Cum haberet, de eo, qui duxit in  
 matrim. cap. Non minus, cap. Aduersus  
 de immunit. Ecclesiarum, cap. Eccle-  
 sia S. Mariae, cap. Quæ in Ecclesiarum,  
 de Constitutionib. cap. Per venerabi-  
 lem, qui filij sint legitimi, cap. Nouit,  
 D de Iudicijs, cap. 1.22. dist. d. cap. Si im-  
 perator. dist. 96. cap. Duo sunt. cap. Quā  
 uis, distin. 22. cap. Quoties. 24. q. 1. cap.  
 Quis dubitet, cap. Solite. de maiorit. &  
 obedientia, Extrauag. Vnam sanctam, sanctam.

éodem titulo. Doctores verò habes propè infinitos, ego paucos referam, & Theologiae, & utriusque iuris peritos, qui multos alias allegant. D. Tho-

S. Thom. mas suprà, & de regimine princip. libr. cap. 14. lib. 3. cap. 10. 11. 12. & 13.

Alensis. Alensis 2.p.q. 118. memb. 3. art. 1. & 3.p.q. 40. memb. 5. quæstiunc. pen. & 4.p. q. 10. memb. 5. post articul. 2. & in tract. de officio missæ. p. 2. artic. 2.

Hugo. Hugo Victor. lib. 2. de sacrament. p. 2. cap. 4. Turrecr. lib. 2. c. 113. Vuald.

Vuald. tom. 1. lib. 2. c. 76. Caietan. in Apologia c. 13. Henric. quodlibet. 6. q. 23.

Caiet. Victoria dupli Relect. de potestat. Ecclesiæ, & alia de potestate ciuili, & in Relect. de Indis. p. 1. n. 29. Soto in 4.dist. 25. q. 2. art. 5. & lib. 4. de Iustitia q. 5. art. 4. Nau. in cap. Nouit, de Iudicijs notab. 3. n. 19. Almain. de potest.

Ecclesiæ cap. 8. Pighius lib. cap. 14. & 15. Sanderus de Visibili Eccles. mon-

Driedo. arch. c. 4. Driedo de libert. Christ. lib. 2. c. 2. Bellarm. de Sum. Pont. lib. 5

Molina cap. 6. 7. & 8. Molin. tom. 1. de Iustitia disp. 29. Soar. contra errores Angl.

Bartol. lib. 3. c. 22. Bartol. in l. Priuilegia, C. de

Alex. sacros. Eccles. q. vlt. Alexand. in lege Captatorias, C. de testa. milit. Anton.

Immol. & Immol. in cap. At si clerici, de iudic.

Ioā. And. Ioann. Andreas, Caldas, & Abb. in c.

Caldas. 1. de Noui oper. nunciat. Felin. in c.

Abbas. Ecclesia, de Constit. nu. 41. Couar. in epitom. 4. Decret. 2.p. c. 8. §. 6. n. 6.

Felin. Couas. Ant. Gomez in l. 9. & 10. Tauri n. 37. & 38. Fortun. Garcia in tract. de

Garcia. vltimo fin. utriusque iuris. n. 51.

Ad tertium denique accedamus, in quo totius rei cardo nostris iniquissimis temporibus vertitur, quia carnales homines coactiuam magis in principe potentiam, quam directam reformidant, ideoque magis solliciti

sunt de hac, quàm de illa demolientia: docét ergo omnes Catholici Doctores contra Marsiliū de Padua, Nilum, Illyricum, & Protestantes, Calvinistasq; hæreticos, & reliquos Ecclesiæ hostes, quorum Deus venter est; & finis interitus possit Romanum Pontificem punire Principes omnes Christianos, si expediatur, etiam usque ad Regni priuationem. Ratio euidēter sumitur ex supradictis: nam alroquin vis directua frustranea esset, & inefficax, vel ipso Philosopho teste

B lib. 10. Ethic. cap. vltimo: ergo si Pontifex, vt constat, habet directiuam potestatem in Principes Christianos carere non potest, coactiuam in eosdem. Deinde, quia spirituales poenæ sæpè insufficientes sunt, & à carnalibus hominibus ridendæ potius, quàm timendæ: oportuit ergo in Ecclesia potestatem ad ferendas etiam poenas gravissimas temporales confiscationis, flagellationis, imò, & occisionis, vt videre est sæpè in titulo de hæreticis, præsertim in cap. Ad abolendam, has

C verò pœnas esse iustissimas, defendit Augustin. epistol. 48. & 50. & libr. 3. contra epist. Parmen. c. 2. Vnde cum regia potestas, sit bonum quoddam temporale, concluditur euidēter Regem posse tali bono in pœnam flagitijs sui per spiritualem iudicem spoliari: sicut Petrus Ananiam, & Sapphirā vita priuavit; & Paulus Fornicarium non modo excommunicavit, sed etiā tradidit Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. D. Chrysostom. ibi oratione 15. vt eum (inquit) flagellat malo vlcere, aut morbo alio.

D. Chrysostom. ibi oratione 15. vt eum (inquit) flagellat malo vlcere, aut morbo alio. Et Theophylact. vt morbo eum macearet, aut tabescere faciat. In hanc ergo catholicam sententiā conspirant vnam

Aristot.

C. Ada  
bolendā.  
August.

D. Chrysostom.  
Theophylact.

nimo consensu scriptores, Itali, Galli, Hispani, Germani, Angli, & Scoti, quos Bellarm. sequutus in præfatione respōsionis suæ aduersus Barclaiū eos per singulas classes nationum cōmemorabo: ergo inter Italos primus est D. Gregor. lib. 8. registri, epistola S. Thom. 2. ad Episcopum Metensem. S. Thomas 2. 2. q. 10. art. 10. q. 60. art. 6. & in S. Bonauēt. Aegid. 2. sentent. dist. 44. in fine. S. Bonauēt. lib. de Ecclesiast. Hierarch. p. 2. cap. 1. Aegid. Rom. tract. de potest. Eccles. Anionit. p. 1. cap. 30. August. Anionit. de po- Capistra. testat. Eccles. q. 22. art. 3. B. Ioann. de Capistrano de potest. Eccles. p. 2. se- cundæ partis principalis, argum. 18. S. Anto. pag. 54. editionis Venetę anno 1588. Isid. Me. S. Antonin. in summ. p. 3. tit. 22. ca. 3. §. 7: item cap. 5. §. 7. Isidor. Mediolan. de imperij militantis ecclesiast. dignitate, tit. 8. conclusione 3. Caictan. in Apolog. de Auctorit. Papæ p. 2. c. Alexan. 13. ad 8. Alexander de sancto Elpidio de Auctoritate Pōtific. & iurisdictione imperij cap. 9. Petrus de Monte in Monarchia partita. 2. q. 4. Anchār. in cap. Canonum statuta, n. 6. de Constitut. Syluest. Astensis. Syluest. verbo Papa. n. 10. & 11. Panorm. Astensis in summa p. 1. lib. 2. titul. 64. art. 4. pag. 111. Panormit. in cap. Solitae de maiorit. & obedient. n. 7. & in cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi, Archid. in cap. Licet, de voto nu. 10. Bartol. in l. Si imperator, C. de legi. n. 4. Bald. in procēmio ff. veteris, Gambara in tract. de officio, & potestate legati lib. 2. tit. de Vicarijs ordinariorum nominibus n. 220. Castald. in lib. de imperatore q. 21. Cardinal. Tusclus in 6. tomo Practicarū conclus. vbi in numeros citat auctores, Boetius de signis Eccles. tom. 1. lib. 2. cap. 114.

Inter Gallos primo loco sententiā 10 profert Bernard. lib. 4. de considera- Bernar. tion. cap. 4. Iuo Carnotens. epist. 28, Iuo Carn. ad Vrbanum 2. Pap. Petrus de Palu- Pet. de P. de tractatu de immediata causa Ec- cles. potestat. art. 4. Durand. lib. de ori Durand. gine iuris d. q. 3. Heruæus de potest. Heruæus Papæ, §. Ad evidentiā secundi, Almain. Almain de supra potest. q. 2. principali. c. 5. Hostiens. in summ. tit. de hæretic. §. Hostiens. Qua pæna puniantur n. 11. Petrus Ber- Bertand. trandus de origine iurisdiction. q. 4. n. 5. Ioannes de Silua tract. de benefi- Ioann. de Silua. Speculat. Faber. cio p. 3. q. 8. Speculator. lib. 1. tit. de- legat. §. Nunc ostendent. n. 17. Faber in l. 1. n. 10. C. de sum. Trinit. & fide Ca- tholic. Aegid. de Bellamer. in c. Alius, Bellarm. 15. q. 6. n. 2. in cap. Novit de iudicijs, & in cap. Solitae de maiorit. & obedi. Ioan. Quintinus in repetitio. ad cap. Novit. n. 64. & 127. Remundus Rufus contra Mulinum cap. 6. pagin. 106. Petrus Gregor. Tolosanus lib. 26. de Republic. cap. 5. n. 14. & n. 23. multos Canones allegat, pro eadem senten- tia, & veritate confirmanda. Quos san- nè Doctores Gallos si legissent Galli Magistratus Parisienses, siue par- lamentarij, vt vocant, nequaquam cōbusissent igne publico librum Antonij Sanctarelli Societat. Iesu, prop- ter hanc doctrinam inculcandā; neq; Parisienses Theologi, si modo volunt Catholici haberi, illam tanquam nouam, falsam, erroneam, verbo Dei cōtrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremæ Regum auctoritati derogantem, principum infidelium, & hæreticorum conuersationē impedientem, pacis publicæ pertur- batuam, Regnorum, statuum, rerūq; publicarum euersiuam subditos ab obedienc-

obedientia, & subiectione auocantē, & ad factiones, rebelliones, seditiones, & Principum parricidia excitantē, damnassent in cēsura facta apud Sorbonam anno præsenti 1626. die 1. Aprilis, & impressa per Philippum Bouuuotum.

**II** Sed iam ad Hispanos nostros vē  
Raymū. nio, quorum erit antesignanus, San-  
Pelagius Etus Raymund. in summa lib. 1. tit. de  
hæret. §. 7. Pelagius Aluarus Syluen-  
Turrēcr. sis Episcopus de planctu Ecclesiæ li-  
br. 1. art. 21. Turrecremat. lib. 2. cap.  
113. & in cap. Alius. 15. q. 6. Cypria-

**B** Benetus. nus Benetus prima orbis sede in res-  
pons. ad 6. pro 2. p. cōclusionis primę,  
Victoria. Victoria de potestate Ecclesiast. rele-  
ct. 1. q. 5. propos. 8. Sotus in 4. dist. 25.  
Sotus. q. 2. artic. 1. conclus. 5. Castro de iusta  
Castro. hæretorum pun. lib. 2. c. 7. Simanc.

**C** Simanc. de Catholic. institut. tit. 45. num. 25.  
Bañes. Bñes in 2. 2. q. 10. artic. 10. & q. 12.  
Ledesma. art. 2. Ledesma ibidem q. 20. artic. 4. cō-  
Valent. clusione 8. Gregorius de Valētia ibi-  
dem disput. 1. q. 12. puncto. 2. assert.

**D** Monfer. 2. Guillelm. Monferrat. de successio-  
Alp. Alu. ne Regum n. 30. Alphonsus Aluarez  
Corduba. in speculo. c. 16. Corduba lib. 1. quæ-  
stionarij. q. 57. dub. 3. Molina tom. 1.  
Conas. de institut. tractatu 2. disp. 29. cōclus.

**E** Vasq. 3. Couarruias de restitutione super  
Aninion. reg. peccatum. p. 2. §. 9. n. 7. Fernand.  
Nauar. Vasquez lib. 1. illustr. controuersiarū  
cap. 21. Aninion de vnitate ouilis, &  
Pastoris nu. 12. Nauar. ad cap. Nouit,  
de Iudicijs, notabili 3. n. 41. & 99. ci-  
tatque in eandem sententiam innu-  
meros. Asor. tom. 2. lib. 10. cap. 2. q. 2.

Vulturn. Vulturnius de regimine mundi. p. 2.  
Soar. q. 2. n. 83. Soarez contra errores An-  
glic. lib. 3. cap. 23.

Germani veritatis amatores, neq;  
suis Imperatoribus blanditi sunt, sed

Pontificiam dignitatem, & potestatē  
à Deo in terris constitutam fideliter  
tuentur. Primus est Stephanus Epis-  
copus Albestatenis apud Marianum  
Scotum in appendice, Hugo Victor.  
lib. 2. de sacrament. p. 2. c. 41. Ganda-  
xensis quodlib. 6. q. 33. Ulricus in sua  
summa citatus à Turrecremat. suprà,  
Dionysius Carthus. de Regim. poli-  
tiæ art. 19. Driedo lib. 1. de libertate  
Christian. c. 14. Pighius lib. 5. cap. 2.  
Iacob. Laton. lib. de Ecclesia cap. 14.

Conrad. lib. 3. de legationibus cap. 6.  
Gabriel lect. 23. in Canon Missæ, Lu-  
poldus à Bambergā de iure regni, &

imperij cap. 10. Inter Britanios, siue  
Anglos, & Scotos duxerit, Alensis  
part. 4. q. 10. in explicatione Canonis  
Missæ in illud; & pro Rege, OlKot in  
lib. sapientiæ, lectione 200. Maironus  
in 4. dist. 19. q. 4. Vualdens. lib. 2. art. 3,  
cap. 75. Cardinalis Polus de Summo  
Pontifice cap. 8. Sander. lib. 2. de Vi-  
sibili monarchia Eccles. c. 4. singula-  
rum nationum, & aliarum quamplu-  
rimas omitto, ne volumen allegatio-  
num conficiam.

**13** Præterea Cōcilia tum Prouincia-  
lia, tum Generalia id s̄epiùs docue-  
runt, factum Gregor. 7. qui Henricū  
4. imperio, regnoque priuauit; impri-  
mis Synodus Romana celebrata an-  
no 1080. Beneuictana sub Victore  
3. Placentina sub Urbano 2. Romana  
sub Paschali. 11. Coloniensis sub Ge-  
lasio 11. Remensis sub Callisto. 11. &  
Claramontana sub Urbano 2. eiusdē  
Pontificis simile factum approbauit  
contra Philippum. 1. Francorum Re-  
gem: denique duo maxima, oecumene-  
nicaq; Concilia idem definiuere La-  
teranense sub Innocentio 3. Canon.  
3. & Lugdunense sub Innocent. 4. in  
senten-

Steph.

HugoVit.

Gandax.

Ulricus.

Turrecr.

Carthus.

Driedo.

Pighius.

Laton.

Conrad.

Gabriel.

Lupold.

Alens.

Mairon.

Vuald.

Card. Po-

lus.

Sander.

Cōc.

Inno-

Cle-

Zac-

Soa-

Bel-

Cōc.

Synod.

Rom.

Beneuēt.

Placent.

Romans.

Coloniēs.

Remens.

Claram.

Cōc. Lat.

Lugdun.

sententia lata contra Fridericum secundum Imperatorem.

**I<sup>4</sup>** Ead em denique veritas stabilitur antiqua Ecclesiæ praxi, & innumeris exemplis: vnde constat hanc esse in Pontifice Romano potestatē in principes Christianos: nam ante annos

**Greg. 2.** 900. Gregorius 2. Leonem Isauricum Papam. Imperatorem propter hæresim excōmunicauit, Italiciq; dominij iure pri-

**Gregor. 7.** uauit; Gregor. 7. vt dictum est, Henricum. 4. excommunicauit, regnoq;

**Innoc. 3.** & imperio deiecit; Ianocentium. 3.

**Inno. 4.** Othonem; Innocent. 4. Fridericū. 2.

**Clem. 6.** Clemens. 6. Ludouicum Bauarum: Zacharias in regno Galliæ Childericum regia potestate spoliauit, & Pipinum eius loco suffecit. In Anglia etiam Ioannes Rex ab Innocentio 3.

**Innoc. 3.** excommunicatus est, & regia dignitate priuatus, sed per pœnitentiam iterū absolutus, & restitutus. Quæ

**Soar.** omnia, & plura alia lege apud Soar.

**Bellar. m.** suprà, & Bellarmin. Ego pro totius disputationis appendice, pauca verba referam ex Canone citato, maximè

**Cōc. Lat.** Concilij Lateranensis, vt Principes Christiani solicii sint, in expurgādis regnis ab hæretica prauitate; *Si Dominus temporalis monitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hæretica fæditate per Metropolitanum excommunicetur. Etsi satisfacere neglexerit intra annum significetur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc ipse vassallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam.*

**Bellar. m.** Sophismata, & calūnias cōtra adeò certā testatāq; veritatem nonnulli hæretici commenti sunt, quos indignos reproto, qui à nobis refutentur. Si **Aret. n.** quis tamen otiosus citatos Bellarm. Arctin. & Soar. patienter legere velit

omnia facilimo negotio dissoluta reperiet.

### §. VI.

*De excellentia Romani Pontificis super omnes Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradus.*

### S U M M A R I U M.

- I** 1 *Solum Petrum fuisse à Domino ordinatum Episcopum, ipsumque reliquos Apostolos consecrassé, putarunt aliqui.*
- B** 2 *Christus Dominus ordinauit Episcopos, Petrum, Iacobum, & Ioannem, hiq; ceteros Apostolos consecrarunt. secundum aliquorum opinionem.*
- 3 *Omnis Apostoli à Christo Domino immediate ordinati fuerunt Episcopi secundum veriorem sententiam.*
- 4 *An Matthias Apostolus immediate à Christo Domino, an verò ab Apostolis ordinationem accepisset?*
- 5 *Respondetur fundamento existimantium solum Petrum à Christo Domino ordinatum fuisse.*
- C** 6 *Respondetur fundamento existimantium solum Petrum, Iacobum, & Ioannem Christum Dominū ordinasse.*
- 7 *Episcopi equaliter, ac summus Pontifex potestatem sacramentalem immediate à Deo accipiunt.*
- 8 *An eligendus in Papam debeat esse ordinatus sacerdos?*
- 9 *Si de facto aliquis non ordinatus sacerdos in Papam eligatur, priusquam iurisdictione utatur ordinare debet.*
- D** 10 *An Papa debeat necessario eligi de numero Cardinalium?*
- 11 *Sententia Asorij de hac re.*
- 12 *Quid dicendum, si in summum Pontificem, aliquis incapax eligatur, veluti fæmina, aut infidelis.*

**I<sup>3</sup>** An

- 13 An sit verum, quod de Ioanne 8. cōmuniter fertur?
- 14 Omnes Apostoli immediatè à Christo Domino acceperunt potestatem iurisdictionis.
- 15 Petrus Apostolus ceteris in iurisdictione superior fuit.
- 16 Potestas iurisdictionis Petro, ut capiti, ceteris verò Apostolis, ut membris Ecclesie data fuit.
- 17 In quo primò consistat excellentia D. Petri super alios Apostolos.
- 18 Declarantur verba Christi Domini ibi: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & ibi: Et portæ inferi non præualebant aduersus eam.
- 19 In quo secundo huiusmodi excellentia Divi Petri super alios Apostolos consistat.
- 20 An Petri successor superior fuisset iurisdictione Apostolis tunc viventibus.
- 21 Confutantur mendacia Caluini, Lutheri, & Illirici contra Romani Pontificis excellentiam.

**Q**uoniam præcipuus huius questionis scopus, & intentio est inuestigare, quænam distinctio, & excellentia sit in Romano Pontifice, super omnes Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradº. Ideò in præsenti inquirendum est primò; quomodo potestas ordinis collata sit Petro, & Apostolis, ut appareat, an in ipsa collatione detur aliqua excellētia, & prærogatiua Summi Pontificis. Secundò, an solus D. Petrus, vel omnes Apostoli immediatè à Christo Domino accipissent potestatem iurisdictionis, & quo pacto, seu distinctione; vt tandem constet de superioritate, & præexcellentia supremi

Hierarchæ, seu Romani Pontificis in omnes.

A Quoad primam attinet, imprimis, <sup>I</sup> Turrecr. post Turrecremat. Bellarm. lib. 1. de BeBarm. Romano Pontif. cap. 23. Henric. d. §. Henr. c. 2. ad finem, multis rationibus intendunt probare solum Petrum fuisse à Christo Domino ordinatum Episcopum, ipsum verò reliquos Apostolos consecrasse, in cuius rei confirmationem afferunt Innocentium I. in epist. <sup>Innoc. I.</sup> ad Conciliū Carthaginense. 19. Anacleto Papa in epist. 2. ad Julianū <sup>Anaclet.</sup> primum Episcopum; Cyprianus in <sup>Pup.</sup> epistola 6. Leon. in sermon. 3. de annivers. suæ assumptionis, & in epist. <sup>Cyprian.</sup> Leon. 89. Chrysostom. Ioannis ultimo. Ratio fundamentalis est, quia Pontifices sæpiùs asseuerant Petri cathedram esse matrem, & radicem omnium Ecclesiarum, & à Romana Ecclesia omnem consecrationem, & dignitatem Episcopalem promanasse; ut in cap. <sup>Quoties. 24. q. 1. ibi, sui nominis, & honoris auctoritatem, & cap. Ita Dominus. ties.</sup> Cap. Q. 19. dist. ibi, In beatissimo Petro principaliiter collacaret, ut ab ipso quasi à quodam capite, &c. cap. In novo, ita à multis intellecto. 21. dist. ibi, post Christum à Petro sacerdotalis capit ordo, quod non aliaratione stare posse videtur, quam quia solus Petrus à Christo Domino fuit creatus in Episcopum, à quo omnes alij per successionem quandam diriuarentur.

B C Secunda opinio est Christum Dominum ordinasse Episcopos Petrum, Iacobum, & Ioannem, hosque cæteros consecrasse: quod intendunt probare ex Clement. lib. 6. & 7. cōstitut. <sup>Clement.</sup> quem refert Nicephor. lib. 2. cap. 3. <sup>Niceph.</sup> sed hoc non probat, ut eleganter explicat Soarez de fide disputation. 10. <sup>Soar.</sup> sect.

3 sect. I. num. 6. & nos infrà dicemus:

Tertia verò sententia, quām amplectimur, est omnes Apostolos immediate ab ipso Christo fuisse Episcopos ordinatos. Ita Glossa I. Corinth. 12. circa illud, *Posuit quidem Deus in Ecclesia primum Apostolos, &c.* Theologi in 4. dist. 24. Soarez de fide dicta sect. I. num. 7. Vasquez in 3. p. tom. 3. disput. 242. cap. 7. num. 4. Asor. institut. moralium tom. 2. libr. 4. cap. 11. num. 3. August. Barbos. de pastorali sollicitudine cap. I. num. 24. Probatur primò auctoritate D. Augustini libr. quæstionum noui, & veteris testamēti 9. quæst. 7. ipse enim ait loquens de Christo, *Priusquam in Cœlos ascenderet imponens nomen Apostolis ordinavit in Episcopos*, vbi cūm indefinitè loquatur planè de omnibus se loqui significat. Secundò probatur ex eodem

D. Aug. D. Augustino sermone 28. vbi assertit, *Christum ordinasse Apostolos sacerdotes in nocte Cœna*; ex quo benè consequitur, quod sicut Christus immediate ordinavit omnes Apostolos sacerdotes in cœna, ita etiam postea in Episcopos. Et confirmatur, quia cum proximè sint à Christo constituti in Apostolica dignitate, quæ maximè in dignitate Episcopali fundatur, verisimilius planè est etiam ipsum Christum per se in Apostolos ordinasse, præsertim quos ipse viuēs, præsensq; elegit, & quibus cum est conuersatus.

4 Dubium tamen est circa Matthiā, an à Christo Domino immediate, an ab Apostolis ordinationem accepisset: Soarez dicto loco sentit ab Apostolis consecrationem recepisse, ne speciale miraculum admittamus, aut potius extraordinarium modum pro

A uidentiæ, licet enim certum sit quod potuisset Christus Dominus sua potestate excellentiæ illum à cœlo consecrare, vel per Angelos id efficere, vt aliás de Amphilochio refert Nicēphorus libr. 11. cap. 2. In præsenti tamen non habemus sufficientem auctoritatem, vel necessitatem tanti miraculi; vnde quanuis in actibus nō legatur eius ordinatio, solū quippè habetur cecidisse sorte super Matthiā, & annumeratū fuisse cum undecim Apostolis ab ijs ordinat⁹ fuit. Opinioni huic libēter adhæreo: & probatur, quia Actorum. 13. indicatur Paulum *Aet. 13.* Apostolum per impositionem manuum ab hominibus fuisse ordinatū Episcopum, vbi idem interpretatur Chrysostom. & sentit Leo Papa epistola 81. & ita hæc sententia verisimilior appareat, quanuis in hac re nihil possit certum haberi.

B Restat igitur primæ sententiæ fundamento respondere. Nam certissimum est illa Pōtificum dicta nō fundari in eo, vt vult Turrecremat. quod *Turrecr.* Petrus ordinauerit omnes Apostolos: nam Pontifices illis loquendi modis volūt solummodo explicare certum Primum Ecclesiæ Romanæ, esseque matrem omnium Ecclesiarum, quia ad illam, vt diximus, pertinet regimē, & gubernatio omnium, indèq; asserunt à Petro incipere Episcopale dignitatem, quia omnium primus illam accepit, & cum maiori excellētia, & prærogatiua quam cæteri, quantum ad iurisdictionem, de qua materia Pontifices agunt, & ita sunt intelligenda præcitata iura.

C Ad fundamentum secundæ sententiæ, respondeatur illam non fuisse propriam ordinationem episcopalem

N Iaco-

*Leo Papa  
Chrysost.*

Iacobi, sed designationem, seu determinationem eius ad Episcopum Hierosolymitanum, ut in eo haberet non solum delegatam, sed ordinariam etiam potestatem, possetque proinde in episcopatu habere successorem. Quod si intercessit fortè manuum impositio, non per modum verò consecrationis episcopalnis, sed cuiusdam ecclesiasticæ cæremoniæ fuit adhibita.

7 Ex quibus certum est apud omnes hanc ordinis potestatem, quæ versatur circa sacramenta conficienda, & ideo sacramentalis dicitur æquè immediatè habere à Deo Episcopos, ac summum Pontificem. Probatur, quia potestas hęc confertur per quandam consecrationem, quæ æquè operatur iu vno, atque in alio, ita Theologi in materia de sacramento Ordinis, Turrecremat. summ. Ecclesiast. parte 1. cap. 32. Bellarmin. dicto cap. 22. lib. 4. Victoria relectione prima, p. 5. Soto in quarto disputatione 1. quæst. 1. articul. 1. Quo loco, aut tempore Apostoli sunt Episcopi instituti, latius in disputatione de Episcopis dicemus.

8 Quæro tamen in præsenti, an eligendus in Papam, debeat esse ordinatus sacerdos? In qua quæstione dico primò, vel agimus de electione Pontificis attento iure diuino, vel humano, aut præhabita consuetudine, seu usu Ecclesiæ. Quoad ius diuinum dico nullum reperiri locum, in quo prohibetur eligi in Papam, qui non fuerit ordinatus sacerdos; nam mere laicus non est omnino incapax pontificiæ potestatis, si alioquin ritè eligatur, ut statim ordinetur; quoad ius humanum, seu commune idem di-

C. 10. cendum est, quia nec datur locus prohibitionis, nec incapacitas in persona, si hac conditione, ut statim ordinetur ritè fuerit electa in Papa. Quo ad consuetudinem, seu usum Ecclesiæ, est autem certum nunquam esse factum in Ecclesia, nec fieri debere propter nouitatem, & periculum.

Dico secundò non debere sic ele-  
ctum ut iurisdictionis potestate, nisi sit ordinatus, quanvis ante Pontificiam consecrationem possit illa uti, statim, atque electus est, & in sede collatus. Fundamentum est: nam ille, qui incapax est potestatis ordinis, ut merè laicus, etiam incapax est ordinariæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, quia ex diuina institutione Ecclesia in spiritualibus debet per sacerdotes, aut clericos ordinario iure gubernari, ut suprà probauimus; quod multò magis viget in Romano Pon-  
tifice, cui suprema potestas in spi-  
ritualibus à Christo Domino data est.

C. 11. Sed contentio est inter Sotum, & Asorium; an electus hodie, debeat necessariò esse de numero Cardinalium, Sotus lib. 4. de Iustitia quæst. 6. articul. 2. ad 5. ait, iure constitutū non esse, ut ex Collegio Cardinaliū Pōti-  
fex creetur; affert cap. *In nomine*, dist. 23. ubi sic habetur, *Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel de ipsa non inuenitur ex alia sumatur; ex quo, inquit Sotus, fit, ut possit Pōtifex creari, qui in numerū, & Collegiū Cardinalium adscriptus non sit.* deinde ius Canonicum id fieri non prohibit, ac ita aliqui sunt interdum ad Pontificatum electi, qui non erant Cardinales.

Contrarium verò sentit Asor. to-  
mo

Turrecr.  
Bellarm.  
Victoria.  
Soto.

C. Opor- mo secundo libr. 4. cap. 6. & intendit  
tebat. probare ex capite Oportebat, dist. 79. A

vbi sic dixit Stephanus Papa cum  
Concilio: Oportebat, ut hæc sacra san-  
cta Domina nostra Romana Ecclesia, iux-  
ta quod à Beato Petro, & eius successo-  
ribus institutum est, rite ordinetur. &  
in Apostolatus culmen unus de Car. lina-  
libus Presbyteris, aut Diaconis consecra-  
retur; ita etiam in capite Nullus, ea-  
dem distinctione habetur, Nullus un-  
quam laicorum, nec ex alio ordine pre-  
sumat, nisi per distinctos gradus ascen-  
dens Diaconatus, aut presbyter Cardinalis

Ca. Nsl. lus. factus fuerit ad sacerdoti Pontificatus  
Cap. In honorem promoveri. ad caput In nomi-  
nione, distinctione vigesima tertia, res-  
pondet Asor. ibi. Eligatur autem de

Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus,  
fauere huic sententiae: nam extra nu-  
merum Cardinalium nullus est in  
Pontificem eligendus, nisi cum in  
ipso Cardinalium sacro Collegio ne-  
mo reperitur idoneus. Constat qui-  
dem non fuisse id per se necessa-  
rium; attamen usus Ecclesiæ ita ha-  
bet, ac fieri oportet, vt dixit Stepha-

C. Opor- nus in dicto capite Oportebat, & in  
tebat. capite Nullus, distinctione 23. Ni-

C. Null. hilominus crediderim, si aliquis ex-  
tra Collegium Cardinalium legiti-  
mè eligeretur, electionem fore ra-  
tam, & firmam, quia non video quo  
iure ita reuocata sit electio passiva ad  
personas Cardinalium, vt aliàs nulla  
sit habenda.

12 Quid autem in proposito dicen-  
dum sit si forte casu contigerit, vt  
in Pontificem aliquis huius aucto-  
ritatis incapax, veluti foeminae, aut  
infidelis eligatur, vt aliqui Docto-  
res tanquam possibile concedunt;  
isque tanquam legitimus, & verus

Pontifex ab vniuersali Ecclesia reci-  
piatur. Respondeo imprimis hoc im-  
possibile esse, secundo Deo prouid-  
ente, nunquam fore, vt is aliquid  
erga Ecclesiam determinet, aut ante  
è vita decedente, aut eius errore  
decreto, vel illud, quod talis Pon-  
tifex statuerit certum, aut infalli-  
bile esse debere; Deo etiam in illis  
casibus non permittente, vt erret,  
& in suum errorem vniuersalim Ec-  
clesiam inducat. Neque hoc foret  
aliquod miraculum, sed quid neces-  
sariò consequens, & effectus ex or-  
dinaria illa Christi lege, qua per pro-  
missiones de veritate factas, sc nun-  
quam Ecclesiæ suæ veritatem do-  
cenda, defutatum obstrinxit, & nun-  
quam permissum, illam per alicuius  
alterius hominis ministerium, præ-  
ter quam legitimi pastoris gubernati,  
vt latius hæc omnia explicat Valen-  
tia tomo 2. punto. 7. §. 39. vers.  
4. Soarius de fide disput. 10 sectione  
5.n.2.

Quod autem de Ioanne 8. quidam  
finixerunt fabulosum est, vt ex Onu-  
phrio ostendit Bellarminus libro 4. B. Harm.  
de Romano Pontifice, cap. ultimo, & B. iron.  
copiose Baron. tomo 10. anno Chri-  
sti. 833. num. 56. & sequentibus, vbi  
alios refert, & in num. 63. rectè ad-  
uertit quod licet factum illud fabulo-  
sum, ita vt narratur accedit, illa fæ-  
mina non fuisset Pontifex, sed vacas-  
set sedes pro illo tempore, & posteà  
in electione Benedicti fuisset conti-  
nuata.

D Deueniendo igitur ad secundam  
quæstionem dico primo immediate  
ab ipso Christo Domino omnes A-  
postolos recepisse potestatem iuri-  
dictionis, quæ est antiquorum Theo-

**D.Tho.** logorum communior sententia in 4.  
**Bonau.** dist. 18. vbi D. Thomas, Bonavent.  
**Albert.** Albertus, & alij; Gabriel in Canon.  
**Gabriel.** lect. 3. Caetan. tract. de auctorit. Pa-  
**Caet.** pæ, & Conc. cap. 3. Turrian. lib. 2. pro  
**Turrian.** epistolis Pontific. cap. 21. & in Scho-  
**Soto.** lijs lib. 6. Constitut. cap. 12. Soto dist.  
**Victor.** 20. q. 1. art. 1. Victor. relect. 2. de po-  
**Castro.** testat. Eccles. quæst. 2. Castro 2. de  
**Salmer.** iusta hæretic. punitione cap. 24. Sal-  
**Vargas.** meron, & plerique initio allegati;  
**Afor.** Vargas in opuscul. de hac re, ita Afor  
**Vasq.** institut. moral. p. 2. cap. 12. Vasquez  
 in 3. p. tomo 3. disputat. 242. cap. 7.  
**Soar.** Soar. de fide disp. 10. sect. 1. num. 3. &  
**Marc.** de legibus libr. 4. cap. 3. Marcus An-  
**Genuens.** tonius, Genuens. in Manuali pastorū  
**Aretin.** cap. 3. Aretini in expunctione de Papa-  
**Mat. 10** tu Romano cap. 2. Et planè colligitur  
**Marc. 3.** primo ex locis sacræ Scripturæ, Mat-  
**Luc. 6.** thæi. 10. Marc. 3. Lucae. 6. Ioann. 20.  
**Ioan. 20.** Secundo ex PP. Anaclet. Papa epi-  
**Anaclet.** stola. 3. habetur in cap. In novo testa-  
**C. In no-** mento. 21. dist. Leo Papa sermone 3.  
**uo.** in anniuers. assumpt. suæ, Cyprian.  
**Leo Papa** libr. de Vnitate Ecclesiast. habetur  
**Cyprian.** cap. Loquitur. 24. quæst. 1. Hieronym.  
**C. Loqui-** tur. in id ad Galat. 2. Resistit ei in faciem,  
**Hieron.** habetur cap. Paulus. 2. quæst. 7. vbi  
**C. Paul.** noster Gratianus aliter explicat, sci-  
**Gratian.** licet de æqualitate sanctitatis, sed  
 non rectè id enim, neque sciri pos-  
**Hilar. 6.** test, neque fortasse verum est. Hi-  
**Vigilc. pa** lar. 6. de Trinitate, Vigilc. Papa in  
**pa.** epitol. Decret. cap. 7. Tertio pro-  
 batur ex effectibus; certum nanque  
 est, & ita legimus Apostolos gene-  
 raliter, quascunque mundi partes pe-  
 rigrasse, & præsbyteros, & Episco-  
 pos constituisse, & ordinasse: constat  
 ex dictis Apostolorum, & Epistolis  
 Pauli, qui Ephesi Timotheum con-  
 secravit, Titum constituit Cretæ, &  
 mutogol

de alijs non paucis videri potest, Ni- **Niceph.**  
**A** cephori. libro 2. & 3. per multa capi-  
 ta. Exercuerunt præterea actus va-  
 rios iurisdictionis, cuiusmodi sunt ex  
 communicare, ac leges ferre, sicut  
 patet ex prima Corinth. 5. 6. 7. 11. &  
 14. Et ita manet confirmatum omnes **1. Cor. 5.**  
 Apostolos ab ipso Christo Domino  
 immediatè accepisse potestatem iu-  
 risdictionis, quod intelligimus etiam  
 de Matthia, & D. Paulo. **Mat. 11.**  
**Augus.**  
**B** Dico secundò Petrum Apostolum  
 fuisse in iurisdictione cæteris supe-  
 riorem. Probatur primò ex celebri  
 loco Matthæi. 16. Tu es Petrus, & su-  
 per hanc petram edificabo Ecclesiam me-  
 am; vbi Augustin. sermon. 11. de san-  
 ct. Leo Papa sermon. 2. in Annivers.  
 assumpt. suæ, Maximus sermone de  
 Petro, & Paulo, Paulinus epistol. 4.  
 ad Scuerum, vbi Petrum vocat fun-  
 damentum Ecclesiæ; ita & P.P. Ana-  
 clet. Papa, Tertullianus, Origen. Eu-  
 sebius, Hilarius. Matthæus Basiliens.  
 Ambros. Cyrus, & plures alij, quos  
 vide apud Coccium dicto loco. Se-  
**C** cundò probatur ex illo Ioannis. 21.  
 Pasce oves meas, quæ verba ad solum  
 Petrum fuisse dicta Patres omnes in-  
 terpretantur, Chrysostom. Cyrus, **Hilari.**  
 Augustinus, Leo Papa, Ambros. &  
 euidenter patet ex contextu, ut ele-  
 ganter expendit Soarez de fide dis-  
 putatione 10. sect. 1. num. 19. Torres  
 de fide cap. 19. Aretin. in expunctio-  
 ne Papatu Romano cap. 3. Tertiò  
 probatur assertio ex alijs locis euan-  
 gelicis, & ex Actorum libro sexto,  
 in quibus iudicatur hæc Petri dig-  
 nitas cum maiori excellentia. In  
 Euangelijs, dum illi semper impo-  
 nitur nomen, quod futuram dig-  
 nitatem significat, & aliquando ipsi  
 Christo

**Act. 6.****Sear.****Torres.****Aret.****Cy.****Aug.**